MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80775-14

AUTHOR:
KREUSSLER, OTTO

TITLE:
OTTONIS KREUSSLERI OBSERVATIONES IN THEOCRITI CARMEN I . . .

PLACE:
MISENAE

DATE:
[1863]-65

Master Negative #

92-80775-14

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Kreussler, Otto,
...Ottonis Kreussleri Observationes in Theocriti carmen I, [XVI]. Misenae, Klinkicht, [1863]-65.
2 pts. in 1 v. 26 cm.

At head of title: Philologis et paedagogis Germaniae inde a die XXVIII m. sept. anni MDCCCLXIII Misniae solennem conventum agentibus salutem dicunt ...Scholae regiae Afranae rector et professores.


T.-p. for pt. 2 reads: Memoriam anniversariam... Scholae regiae Afranae... celebrandam indicit Fridericus Franke. Ottonis Kreussleri Observationum in Theocritum ( )particula altera.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 13 1/2x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 9/28/92 INITIALS MCY
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

PART 1





AIIM


Association for Information and Image Management



1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Kreussler

Observationum in Theocritum



PHILOLOGIS ET PAEDAGOGIS GERMANIAE

INDE A DIE XXVIII M. SEPT. ANNI MDCCCLXIII.

MISNIAE

SOLENNEM CONVENTUM AGENTIBUS

SALUTEM DICUNT PLURIMAM

SCHOLAE REGIAE AFRANAE

RECTOR ET PROFESSORES.

1863.

OTTONIS KREUSSLERI Observationes in Theocriti carmen I.

MISENAE

IMPRESSERUNT C. E. KLINKICHT & FILIUS.

Theocriti carmen I.

Vers. 19. *Ἀλλά, τὺ γὰρ δὴ Θύρσι τὰ Δάφνιδος ἄλγε' ἀείδες*
καὶ τᾶς βουκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μοίσας,
δεῦρ' ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα κτλ.

Extremas primi versus voces sic variant libri qui hodie exstant manuscripti: ἄλγε' ἄειδε, ἄλγε' ἀεῖδες, ἄλγε' ἄειδες· quartam quam Iuntina editio exhibet lectionem ἄλγεα εἶδες olim esse in libris inventam, scholion Calliergi ita testatur, ut eam caeteris praeferendam esse moneat; denique ἄλγε' ἀείδοις fuisse qui legerent, apparet ex glossographo codicis Romani dorice id dici pro ἀείδοις ἄν sive ut ipse explicat λέγοις ἄν existimante. Omnes has lectiones si librorum auctoritate ponderamus, videtur ea quam primo loco posui, quoniam vetustiorem scholiastam auctorem habet, maiore quam reliquae fide digna esse subsidiique aliquid habere ex scriptura illa ἀείδοις, quae nihil est nisi imperativi explicatio, male a glossographo intellecta. Sed placuit novissimis Theocriti interpretibus potius altera illa lectio ἀεῖδες sive ἀείδες, quae in uno codice Parisino reperta ipsa quoque veterem invenit explicatorem: τὴν ἐπὶ τῷ Δάφνιδι συμφορὰν ᾄδεις, receptaque est ab Ahrenso in utraque editione, recepta etiam a Fritzschio meo, commendata a Gebauero (de graecorum bucolicorum carminibus a Vergilio expressis p. 15), explicata autem utrique diverso modo, neutro tamen eo, qui probari posse videatur. Et Fritzschius quidem quum sic interpretatur *tu enim, Thyrsi, scis cantare illos Daphnidis dolores,* non eatenus convenit mihi cum Gebauero, ut ita dici per linguae rationem posse negem; significaret enim eum qui profiteretur artem canendi, quod universe recte dici apparet; sed de eo qui uno aliquo carmine excellat, parum recte ac minime apto ad hunc locum sensu diceretur. Quod autem Gebauerus rectius sic exponi praesens existimat *soles canere dolores Daphnidis* vereor ne talis sermo magis in eum conveniat cui quis probro vertat istam cantilenam; certe in bonam partem si haec accipias, non apte diceret is, qui quum Thyrsidem certo aliquo tempore hoc Daphnidis carmine famam acquisivisse profiteatur, iam sibi quoque recitari istud cupiat. Atque idem obstaret si quis imperfectum ἄειδες praeferendum iudicaret; aliud, si quis Lobeckium secutus ἄλγεα εἶδες idem esse censeret quod οἶσθα, *nosti enim dolores Daphnidis;* nam ut hic usus exemplis demonstrari possit, quae tamen desideravit vir summus Meinekius, quis quaeso quum haec verba audiret τὰ Δάφνιδος ἄλγεα εἶδες, in tam simplici re cogitaret de remota ab usu significatione, ac non potius ita intelligeret ut est in promptu *tu enim vidisti aliquando Daphnidis dolores.* Sed haec ipsa sententia aliena est ab hoc loco. Nam ut omittam, parum verisimile esse, id quod statuit Valckenarius, Thyrsidem aequalem fingi Daphnidis; sed quis credat, elegantem poetam hoc modo loqui potuisse *atvero, nam tu vidisti Daphnidis dolores, considamus hic sub ulmo.* In his

canendi notio eo minus debebat omitti, quod ad eam respiciunt quae sequuntur verba αἰ δέ κ' ἀείσῃς. Redacti igitur ad eam sumus lectionem quam librorum auctoritate egregie firmatam modo dixi, quam ipsam ut non recepit ita recipiendam esse iudicavit Meinekius non sine aliqua quam egregie perspexit versuum commutatione. Etenim si hunc in ordinem versus restituuntur Ἀλλά, τὺ γὰρ δὴ Θύρσι τὰ Δάφνιδος ἄλγε' ἄειδε Ὡς ὄκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ᾆσας ἐρίσδων Καὶ τᾶς βουκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μοίσας, Δεῦρ' ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα, non solum omnia optime praecedunt, sed ita demum versus qui vulgo numeratur vicesimus quartus iustam praebet sententiam. Nam si servata vulgari versuum serie hoc dixisset poeta *atvero, o Thyrsi — nam praeclare cantas Daphnidis dolores et omnino principatum tenes poesis bucolicae — age considamus hic,* nemo hoc reprehenderet; at id graece non ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μοίσας eloquendum erat, sed ἐπὶ τὸ πλέον ἷξαι. Nunc quoniam aoristus rem ad unum aliquod factum refert, patet quam insulse hoc quidem loco dixisset poeta *cantas* vel *canta, o Thyrsi, dolores Daphnidis et vicisti aliquando in poesi bucolica,* contra quam apte *atvero, o Thyrsi — nam canta nunc dolores Daphnidis quemadmodum tunc, quum certabas cum Chromide ex eoque victoriam reportasti carmine bucolico — considamus hic sub ulmo.* *)

In his igitur quum Meinekii praeclare inventum dignum videatur, quod e commentarii recessu in lucem contextus carminis provehatur, tum dissentiendum mihi est cum eodem clarissimo viro de alio loco, in quo reiecta codicum lectione et mutavit quod sanum est et in ordinem recepit. Versu enim 14 quae vulgo leguntur: — — τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ, damnavit Meinekius propterea quod Thyrsis dum caprario auscultat non posset ipse alterius gregem pascere, scripsitque τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε δοκευσῶ, *capras observabo.* Similis est conditio alius loci, in quo hoc ipsum νομεύειν offensui quum esset mutatum est ab Adolpho Lange opusc. p. 115 in idem illud δοκεύειν, quod receperunt Hermannus et Meinekius. **) Legebantur in Moschi carmine III, 62 haec de Galatea βόας δ' ἔτι σεῖο νομεύει, quae quoniam non apte de nympha praedicari videbantur, leni manu mutata sunt in hanc sententiam βοὰν δ' ἔτι σεῖο δοκεύει, ut Galatea *exspectare* diceretur cantum pastoris amati quem mortuum

*) Hic quidem salvus servandusque erat aoristus; sed alio loco nescio an defendi non possit; nam VII, 60 quod omnes libri praebent ἀλκυόνες, γλαυκαῖς Νηρηΐσι ταίτε μάλιστα Ὀρνίχων ἐφίλαθεν (ἐφίληθεν correxerunt), quid aliud significat quam hoc, halcyones aliquando a nymphis maritimis amatas fuisse? Quod autem dici debebat, caras esse Nereidibus halcyones et amari, id graece non est ἐφίληθεν sed aut πεφίληνται aut φιλέονται, id quod sensit vetus scholiasta, quum ἐφίλαθεν explicat ἐφιλήθησαν ἢ φιλοῦνται. Quamquam non credo alterutrum profectum esse a Theocrito, sed exquisitiorem aliquam formam ansam dedisse explicationis, inde corruptionis. Fortasse igitur scripserat poeta ταίτε μάλιστα Ὀρνίχων φίλανται.

**) Addo tertium locum, cui non magis prospero successu impertitum est verbum δοκεύειν, Anthologiae Palat. VII, 214, 3 de delphino in terram eiecto Οὐδὲ πολυτρήτοιο μέλος καλάμοιο χορεύων Ὑγρὸν ἀναῤῥίψεις ἅλμα παρὰ σκαφίσιν. In his verbum χορεύων quum defendere studuit Benseler lex. Passow. s. v., certe aptioribus debebat uti exemplis; nam χορεύειν ἀγῶνα, γάμον significat alius cuiusdam agona vel nuptias saltando et cantando celebrare, et χορεύεσθαι ὕμνον, βοάν is dicitur, qui inter saltandum suum profert cantum, cuius generis est illud Heliodori V, 15 αἱ γυναῖκες ὕμνον τῇ Δήμητρι χαριστήριον ἐχόρευον. Itaque apte ad sententiam coniecit Reiskius οὐδὲ πρὸς εὐτρήτοιο μέλος κτλ., accommodatius ad codicis literas Heckerus de Anth. Graec. p. 210 οὐδὲ ποτὶ τρητοῖο κτλ. Sed nescio an hic quidem dorismus non sit imputandus Archiae, potiusque legendum Οὐδὲ περὶ τρητοῖο μέλος καλάμοιο χορεύων, plane ad modum Euripidei illius in Alc. 583 χόρευσε δ' ἀμφὶ σὰν κιθάραν, Φοῖβε ποικιλόθριξ, νεβρὸς — χαίρουσ' εὔφρονι μολπᾷ. Hoc certum est, quod coniecit Iacobsius μέλος καλάμοιο δοκεύων, id hanc vim habere *exspectans cantum tibiae*, non quam ille putavit *auscultans*, *attendens*, *observans*.

esse aut nesciret aut ut fit dissimularet. Solemus enim recens mortuorum quos dileximus consuetudines per aliquantum temporis non desiderare solum sed quasi a viventibus adhuc aut reviviscentibus exspectare. Poteratque hoc qui mutare vulgatam scripturam vellet leniore etiam solius accentus mutatione consequi scribendo βοᾶς δ' ἔτι σεῖο δοκεύει. Sed neutro loco mutatio ex rei natura necessaria esse videtur. Nam Moschum, non elegantis iudicii poetam, quidni statuamus hoc voluisse, Galateam quoniam amaret pastoricium poetam, cuius obitum deplorat Moschus, pavisse dum ipse cantaret greges, quemadmodum Venus Anchisae amore flagrans greges pavisse praedicatur a poeta carminis XX, 35, eodemque opere desiderio commota aliquamdiu perstitisse post eius mortem. Pavit autem ad litora maris, nam eo compellere greges solebat Bion; et sedens quidem, quia auscultatura erat cantum; in deserto denique litore, nimirum mortuo quem tantopere amaverat pastore. — Sed certius etiam statuendum videtur de loco Theocriteo; nam quod iudicavit Meinekius Thyrsidem dum ad cantum caprarii attendit observare quidem greges et suos et alterius posse, pascere non posse, id refutavit Gebauerus p. 15 apposite in comparationem vocato loco carminis VII, 87 ubi illud ipsum νομεύειν sic positum est, ut non de agendo grege, sed de observando ex uno loco cogitetur. *) Quo confecta res videri possit, nisi non ab re esse existimarem, indagare notionem usumque verbi δοκεύειν. Nam non solum a sententia non commendatur illa Meinekii coniectura, sed etiam nisi fallor usu linguae improbatur. Etenim quam sententiam Vergilius a Meinekio laudatus ecl. V, 12 his verbis protulit *pascentes servabit Tityrus haedos,* in ea verbo δοκεύειν locum esse non credo. Ac veteres quidem poetae Graeci, abstinent autem hac voce prosae orationis scriptores omnium ut videntur aetatum, nusquam alio sensu ea usi sunt quam *speculandi* sive *attendendi* ne quid repente vel inopportune accedat, invadat, praetereat, aufugiat; non est servare sed observare, non tueri aut spectare sed speculari et exspectare, non custodire sed attendere et in insidiis esse, nostrum *passen, lauern, vigiliren;* quae notiones quum utraeque coniunctae sint in uno vocabulo τηρεῖν, altera propria est vocis δοκεύειν, sive absolute positae (Hes. sc. 333. 425. th. 772), sive constructae cum accusativo (Il. VIII, 340. XIII, 545. XVI, 313. XXIII, 325. XVIII, 488. Od. V, 274. Hes. th. 466. Pind. Ol. XI (X), 36 (31). Eur. Bacch. 982.; eundemque usum sequitur Theocritus imitatorque Bion, ille quum dicit XXI, 42 καθεζόμενος δ' ἐδόκευεν ἰχθύας et IX, 26 ὄστρακον, οὗ κρέας Σιτήθην πέτραισιν ἐν Ὑκαρίαισι δοκεύσας, hic IV (II), 6 τὸν Ἔρωτα μετάλμενον ἀμφεδόκευον· secuti sunt etiam reliqui Alexandrinae sectae posterioresque omnis generis poetae, — quamquam nonnulli veluti Quintus Smyrnaeus casu an industria prorsus abstinuerunt hoc verbo — Ap. Rh. II, 1056. IV, 755 (ubi eum relativo enuntiato coniungitur αὐτὴ γάρ μιν ἄνωγε δοκευέμεν, ὁππότε νῆα Στείχοιεν), Lycophr. 1168. 1324 (ubi λυγροὺς τάφους δοκεύειν est *insidiose circumspicere, parare mortem),* Arat. 341. 1128 (χειμῶνα δοκεύειν *exspectare dum veniat hiems),* Opp. hal. IV, 229. cyn. III, 200. 416. 434. IV, 57 (ἄνεμον δοκεύειν), Musae. 236. Orph. Arg. 1359. **) lith. 108.

*) Eiusdem carminis versus 72 haec verba ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾄσει scholiastae explicuerunt utcunque potuerunt: ἐγγύθεν ἱστάμενος vel ἀπὸ τοῦ πλησίον ᾄσει, quae quid sibi velint, vix intelligas. Patet, postquam tibicines duo a patria appellati sunt, alter Acharnensis, Lycopites alter, originis nomen aegre desiderari in Tityro. Habes leni mutatione: ὁ δὲ Τίτυρος ὡγγύθεν ᾄσει i. e. *vicinus meus.* Crasis neglectio corrupit etiam versum epigrammatis apud Demosth. pro cor. §. 289: μαρνάμενοι δ' ἀρετῇ κἀδείματοι οὐκ ἐσάωσαν Ψυχάς. Vulgo sine sensu ἀρετῆς καὶ δείματος.

**) Hic et Opp. cyn. IV, 109 δοκεύμενος legitur, quod quum usu nihil distet ab antiquo δεδοκημένος pro quo δεδοκευμένος comparet in nonnullis libris Hesiodi sc. 214, perfecti participium esse credo aut ex vetere quodam

Greg. Naz. arcan. V, 60 (ubi *ἀστέρας δοκεύειν* dicitur astrologus), VII, 103 (*ὅπη ῥέψειε δοκεύων*), Ioann. Gaz. ecphr. II, 251. Est etiam ubi cum genitivo construatur: *κύων — χειμῶνος ἐπερχομένοιο δοκεύων* Arat. 1136. 813. 907*) aut cum *ἐπί* praepositione: *ἀλλ' ἐπὶ χεῖμα δόκευε*, Arat. 1108. 987. Nicand. th. 471. Oppian. hal. V, 115. — Haec antiquae auctoritatis significatio apud serioris aetatis poetas ita degeneravit, ut *δοκεύειν* simpliciter valeret *videre, conspicere*, aliquando etiam gravius *contemplari, intueri*, saepeque variandae orationi inserviens in vicem succederet idem significantium verborum *βλέπειν*, *δέρκεσθαι*, *ὀπιπεύειν*, *παπταίνειν*, *σκοπιάζειν*, multorum aliorum, quorum quod extremum posui hoc commune habet cum eo de quo agitur, quod antiquam *speculandi* notionem dilatando universam *videndi* assumsit. Saepissime adiunctum habet accusativum obiecti quod oculis cernatur, Nonn. dion. II, 51. V, 295. 477. VI, 98. VII, 88. 217. 235. VIII, 343. X, 414 (*λοξὰ δοκεύων ἀεθλητῆρας ἀγώνων*). XI, 151. 230. 411. XII, 324. XIII, 501. XV, 45. 228. 235. 331. 336. XVI, 17. 73. 188. XVII, 58. 105. 209. XIX, 158. XX, 78. 308. XXI, 140. XXII, 65. XXV, 424. XXIX, 104. XXXI, 250. XXXIV, 312. XXXV, 28. 265. 373. XXXVI, 355. XXXVII, 298. XL, 301. XLII, 279. 325. 451. 542. XLVI, 202. XLVII, 155. 285. XLVIII, 148. paraphr. I, 197. IX, 44. XX, 23. XXI, 70. Coluth. 263. Iulianus, Cometas, Agathias Anthologiae Palat. IX, 597, 5. 763, 1. XI, 382. 9, anonymus VI, 45, 3. Irenaeus V, 253, 1 (*τίπτε πέδον κάτω νεύουσα δοκεύεις;*). Silent. ecphr. I, 32.; rarius de animi perceptione ponitur *δ. ἄλγεα* Nonn. dion. VII, 29, *ἐτήτυμα πάντα* paraphr. X, 146, *αἴτιον οὐδὲν ἐν ἀνέρι τῷδε* XVIII, 184 et similia apud Apollinarem psalm. XXXII, 30. LXIII, 21. XC, 8; rarius etiam absolute, Nonn. dion. XLVI, 133 *ἐς ἠέρα λοξὰ δοκεύων*, paraphr. IX, 77. 134 *ἵσταμαι ἄρτι δοκεύων*, cui opponitur *τυφλός*. Est etiam ubi similiter atque Latinum *spectare* adhibitum sit ad designandam regionem: *νοτίη πυλὶς Φαέθοντα δοκεύει* Silent. amb. 152. Io. Gaz. ecphr. V, 60. Denique intransitivam accepit potestatem *apparendi*: *Φαίνων κατέναντα δοκεύων* Maneth. VI, 142. *Ἀπόλλων μαντιπόλοισιν ἐπὶ τριπόδεσσι δοκεύων* Christod. ecphr. 287. Ulterius adeo progressus huius verbi abusus eandem quam habet cognatum verbum *δοκέω* impressit vim suspenditque inde infinitivum, ut apud Coluthum 262 (*παπταίνειν ἐδόκευε τὸν ἡμερίδων βασιλῆα*) et Opp. hal. IV, 109 (ubi de captivo in fovea leone *αὐτὰρ ὅγ' ἐκ βόθροιο δοκεύμενος αὐτίκ' ἀλύξειν*) et Orph. Argon. 1087. Christod. ecphr. 122. Et Christodorus quidem quod ecphr. 89. 157 dixit *ὡς δοκέω δέ*, verss. 32. 180. 336 sic exprimit *ὡς δὲ δοκεύω*. Denique idem quum versu 395 dixit *ἐγὼ δ' Ἀλκμᾶνα δοκεύω*, hoc voluit *puto hunc Alcmanem esse*, quem ad modum intelligenda etiam illa essent quae sunt in Argonauticis Orphei 894: *ῥᾷστα περὶ φρεσὶ δ' ᾗσι δοκεύομεν*, *facile factu esse putabamus*, nisi dialecti ratio corruptelam aliquam proderet.

---

poeta assumptum aut ad similitudinem aliorum exemplorum fictum a doctis Alexandrinae scholae poetis, deinde in communem poetarum usum receptum. Quod idem de *γεύμεθα* forma statuere malim quam inclinare in eam sententiam quae placuit Meinekio p. 296, Gebauero p. 26 et Fritzschio ad XI, 39, *γεύμεθα* et quaedam alia e plebeio Syracusanorum sermone ascita esse. Quae enim huius rei demonstrandae proferuntur exempla, ea adeo sunt singularia et per varia carmina dispersa, ut non intelligam quam vim ad animos commovendos habere potuerit rara ista et solitaria plebeii sermonis usurpatio. Nec pertinere formam *γεύμεθα* ad ipsam proverbialem locutionem, abunde apparet ex forma proverbii quae apud multos inde a Demosthene p. 1214, 10 scriptores exstat.

*) Adde cum genitivo constructum *δοκέειν* et *δεδοκημένος*, de quibus infra, item *δειδέχθαι* apud Arat. 195 *δειδέχθαι βορέω*, 907 *ἀνέμοιο νότου*, 928 *κείνοις αὐτὴν ὁδὸν ἐρχομένοιο πνεύματος*. Similis ratio est verbi *περισκοπέω*, quod et genitivum regit Arat. 925. 987, et praepositionem *εἰς* admittit, quam constructionem cum altera una eademque comprehensione coniunctam vides Arat. 435 *οὔ σε μάλα χρή Ἐς νότον, ἀλλ' εὔροιο περισκοπέειν ἀνέμοιο.*

Ex hac testimoniorum congerie hoc apparet, *μῆλα δοκεύειν* duplici modo potuisse intelligi: aut de praedone aliquo homine vel fera bestia si quid pecoris pro praeda possint auferre speculantibus, aut de viatore qui forte fortuna in gregem incidit; non potuisse dici eo sensu qui loco unde tota haec quaestio profecta est unice convenit i. e. *servandi, tuendi, custodiendi*. Sunt tamen in tanto quos congessi locorum numero — neque id mihi sumo ut omnes congestos putem — tres loci, e quibus non mirarer si quis illam de qua disceptatur potestatem inesse argueret. Et duo quidem inter se similes sunt, alter Apollonii Rhodii II, 1269 *τόθι κῶας ὄφις εἴρυτο δοκεύων*, alter Orphei Argonaut. 931 *δέρας, τό οἱ ἀμφιδοκεύει Δεινὸς ὄφις*, quorum primum si vertas *ibi draco vellus tuebatur custodiens*, recte hoc quidem ad sententiam; sed hic quoque vindicandam esse usitatam verbi significationem *draco vellus tuebatur vigilans et observans ne quis ablaturus appropinquaret*, testatur gemellus locus eiusdem carminis II, 404 *τόθι κῶας ἐπ' ἄκρης Πεπτάμενον φηγοῖο δράκων τέρας αἰνὸν ἰδέσθαι Ἀμφὶς ὀπιπτεύει δεδοκημένος*, ubi vocis *δεδοκημένος* qui sit sensus nullam admittit dubitationem constans ac certus huius participii usus Il. XV, 730. Hes. sc. 214. Ap. Rh. IV, 900. 1660 (*δεδοκημένοι ἥτινα ῥέξοι μῆτιν*). Opp. hal. I, 238. 672. V, 373, cum genitivo *δεδοκημένος ἤματος* Arat. 559, cum accusativo *τεὴν δεδοκημένος ἀλκήν* Apollin. psalm. CXVIII, 215; nisi quod Nonnus huic quoque formae attribuit *adspiciendi* notionem dion. XXX, 234. XLVIII, 158. *) Facilis expeditu Orphei locus, in quo *ἀμφιδοκεύει*, quod debetur Hermanni coniecturae, quid est aliud quam Apollonii illud *ἀμφὶς ὀπιπτεύει*? Restat Lycophronis auctoritas, versu 508 Alexandrae haec vaticinantis: *τὰ δ' ἄλλα ῥιπόβρωτος ἄψαυστος δόμων Σφραγὶς δοκεύσει.* Quae quidem auctoritas sola atque unica videndum quantum adversus tot contrarias valeat ad stabiliendam *servandi* significationem, quae sane illi loco optime convenire videtur visaque est scholiastis *φυλάξει* et *ἐπιτηρήσει* explicantibus. Quamquam quid impedit, quominus Lycophronem paullo insolentius sic locutum existimemus *reliqua spectabit sigillum intactum* i. e. nemo conspiciet aut attrectabit tanquam sigillo obsignata.

Vers. 27. *Καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἁδέϊ κηρῷ κτλ.*

In explicanda cyssibii huius forma ac sculptura quoniam novissimi interpretes neque inter se consentiunt neque quae ex omni parte cum Theocriti verbis congruant protulisse videntur, liceat mihi meum qualecunque interponere iudicium, cuius fundamentum ponam hanc non vanam credo opinionem, scripsisse haec Theocritum non iis qui ob oculos haberent singulare illud miraeque artis opus unoque obtutu de eius ornamentis iudicare possent, sed iis qui audiendo singillatim ac per partes imaginem rei animo imprimere deberent. Cavendum igitur ne tanquam praemeditati verba poetae intelligamus, sed eum ubique sensum pro vero habeamus qui audienti primo se et quasi ultro offerat. Ac primum quae universa fuerit cyssibii forma, id notum in vulgus fuisse statuendum est, ita ut quod genus vasis *profundum βαθύ* diceret poeta, magis usu cognitum haberent auditores quam ex hoc demum adiectivo, cuius vis latius patet, intelligerent. Id quod moneo propter eos interpretes, qui profundum eiusmodi esse negarent, in quo sculptura apte

---

*) Huius perfecti quum nulla praeter hoc ipsum participium forma extare creditur, nam Hesychii lemma *δοκάειν* literarum series docet mutandum esse in *δοκεύειν*, quaeritur tamen quam recte ita statuatur. Nam quae apud Aratum 803 leguntur *πάντα δ' ἐρευθομένη (σελήνη) δοκέειν ἀνέμοιο κελεύθους, Ἄλλοθι δ' ἄλλο μελαινομένη δοκέειν ὑετοῖο*, in his aut fallor aut *δοκέειν* habemus ionicam formam illius quod desideratur praesentis; eademque medialiter usus videtur Oppianus cyn. IV, 291 *οἱ μέν νυν Βρόμιον Πενθηϊάδαι φυλακῆες Δεσμοῖσιν δοκέοντο σιδηρείοισιν ἄγεσθαι Ἄλλοι Καδμεῖοί τε* i. e. *expectabant, ut Bacchus iamiam in vincula coniiceretur.*

locum habere conspicique posset. Equidem credo profundum vas dici potuisse dictumque esse propter proceritatem et capacitatem, causa distinguendi a minuto talium vasorum genere, cuius generis mentionem facit Callimachus apud Athenaeum XI p. 477 C et eius expilatorem Macrobium Sat. V, 21 *ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.* Sed ut ipsam iam contemplemur sculpturam, primum quidem summam vasis oram circumfunditur aliquantulum eminens hedera amaranto implicata. Quod qui audit, qui aliter rem informet, quam ut extrinsecus appareat hedera? Fritzschius tamen interiorem marginis partem intelligi voluit, cuius rei mirarer si nullum vocula aliqua fecisset poeta indicium, quando rei naturae convenit, ut quae intuenti primo se spectanda praebeant ea audienti quoque per descriptionem prima proponantur. Quid magis deinde consentaneum, quam hederae claviculas sive capreolos non uno aliquo loco, sed per totum laterum ambitum deorsum repentes diffusosque cogitari. Id quod leni quadam mutatione vulgatae scripturae *ἁ δὲ κατ' αὐτὸν ἕλιξ*, qua nescio quid magis ieiunum dici a poeta potuerit, consequimur sic scribendo *ἁ δὲ κατ' αὐτῷ Καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.* Ubi perinde est voculam *ἁ* pronomen esse censeas, quod epico more nomen aliquantum subsequens praesignificat, an *ἁ δὲ κατ' αὐτοῦ ἕλιξ* dictum sit ex notissimo illo attractionis genere pro his *ἁ δὲ ἕλιξ εἱλεῖται κατ' αὐτοῦ*, cuiusmodi quum multa ubique leguntur, tum infra hoc *τῆνον χὡκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα.* Eandem sententiam desideravit effecitque Hermannus Sauppe quum coniiceret *κατ' αὐτῶν*, i. e. *χειλέων ex margine.* Sed simplicius est, opinor, ad propius et gravius nomen *κισσός* pronomen *κατ' αὐτοῦ* referri: *ex hedera autem deorsum se pandunt claviculae.* Praepositio *κατά* eodem sensu positum atque in his *δάκρυα κατὰ βλεφάρων χαμάδις ῥέεν.* — Iam quoniam primum quid in margine vasis sculptum fuerit proposuit poeta addiditque deinceps quod et ipsum in adversis vasis partibus conspectum esse credibile est defluentium clavicularum ornamentum, non video quomodo quod tertium additur, quum *intus, ἔντοσθεν,* fuisse dicatur, id alio sensu intelligi possit quam de aversis cyssibii partibus. Quodsi O. Ribbeck (in Museo Rhenano anni 1862 p. 550) *ἔντοσθεν* vocabulum, quod *ἔκτοσθεν* mutare dubitat, recte quidem; nam quemadmodum naturae legem offenderet, si quis aversa a conspectu descripturus nihil notaret, ea autem quae quis vel non monitus agnosceret extra conspici moneret, ita artis legem eandem rationem sequutus laederet poeta — sed si V. D. *ἔντοσθεν* vocabulum positum arbitratur, ut intervalla per dependentes extrinsecus hederae claviculas distincta significentur, quis quaeso hoc nisi ad id praeparatus intelligat? Eam autem quae est simplicissima ac paene necessaria explicationis rationem quominus amplexemur nihil impedit neque nomen illud *βαθύ,* de quo recte iam iudicavit Fritzschius p. 37, neque is quem ex verbis *κεκλυσμένον ἁδέϊ κηρῷ* scrupulum sibi movit Gebauerus p. 201; nam adeo tenuem fuisse consentaneum est illam cerae obductionem, nihil ut iustae figurarum eminentiae officeret; denique antiquitus internas vasorum partes imaginibus exornatas fuisse, iis vetustae memoriae exemplis constat, quae Meinekii excitavit docta diligentia. Restat ut eam quoque quae Ribbeckium movit p. 551 dubitationem removeam, an potui aptum iudicari non possit eiusmodi vas, cuius margines essent sculptura aliqua asperati. Poterat enim, si quis talia rimatur, vel inter medias hederas potandi locus relictus esse; rostrum autem hunc in usum destinatum cur in descriptione omitteret poeta, eandem nimirum habuit caussam qua motus nostratium poetarum princeps in celeberrima Campani instrumenti praedicatione necessariam aliquam eius partem non satis dignam quae laudis particeps fieret iudicavit. Neque enim technicorum in usum talia describuntur.

Fingamus igitur ad speciem simile fuisse cissybium illi vasi, de quo Ovidius Fastorum IV, 779 *Tum licet apposita veluti cratere camella Lac niveum potes purpureamque sapam.* In eius aliqua interiore

parte (coniicias ipsum fundum fuisse) comparet mulier cum duobus amatoribus, post eos piscator*); qua ex parte, hariolari licet, *ἐπέχειν* decet; poterat enim multiplex esse trium quae commemorantur imaginum dispositio, sed accuratius distinguere non visum est poetae. Piscator autem ille grande rete trahit non quod immittat in aquas, immo quod attrahat in spem largae capturae. Etenim quod recentior scholiasta quem secutus est Fritzschius explicationis caussa addidit *εἰς τὸ ῥῖψαι αὐτὸ ἐπὶ ἄγρᾳ ἰχθύων,* id recte factum nego. Nam eiiciendi caussa quo erat saxo opus, quo etiam illa agilitas, quo denique ingens illa omnium virium intentio? Quae omnia eius potius sunt qui saxo nitendi munimento usus rete ante attrahere conatur, quam aut piscium pars in altum evaserit aut pondus eorum ipsum rete rumpat. Decepit, nisi fallor, Hesiodei in scuto Herculis piscatoris comparatio, quem obversatum fuisse Theocrito arbitrantur. Sed multum ambo inter se differunt. Ille enim sedet in litore maris, ille speculatur pisces, ille immissurus dumtaxat in mare rete manibus tenet (*ῥίψοντι ἐοικώς*). — Continuat descriptionem poeta his verbis *τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν.* Fritzschius qui primam imaginem in fundo cissybii collocavit, alteram attribuit alteriutri exteriorum laterum, cui oppositum tertia figura complet. Sed vereor quemadmodum ad designandum hunc alterius figurae locum vix apte poni potuerit *μετὰ τοῖς* sive *μετὰ τάς*, ne quis nihilo aptius ad indicandum oppositum vasis latus his verbis *τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν* usurus fuisset, quibus qui recte uteretur non poterat quin hanc imaginem cum altera in una eademque superficie positam ac perparvo tantum spatio disiunctam cogitaret. — Postquam quid in margine vasis sculptum fuerit, porro quid introrsum, exposuit Theocritus, addi aliquid par erat de externa vasis planitie, quam dependentes claviculae hederaceae lambebant magis quam complebant. Habemus hoc quod desideratur verbis expressum versus 55 *παντᾷ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος,* quibus per se ad intelligendum admodum planis interpretando vim inferunt et ii qui cum Fritzschio acanthum duas externarum partium, ut putant, imagines circumfundi imaginantur et ii qui Ribbeckio auctore cunctis tribus imaginibus per superficiem distributis immum vasis marginem acanthi foliis obtegi opinantur, quorum quidem sententias in unam coniunctas adscivit Gebauerus p. 201.

Iam si quae de hoc Theocriti loco dixi recte disputata sunt, neque opus est gravioribus traditae lectionis mutationibus et facile supersedebimus scrupulosa Virgilii comparatione, qui quam recte et scite, quam libere anxieve ubique exemplar suum expresserit, admodum utilis est disquisitio, quae tamen non tantum valeat, ut in explicandis difficilioribus non proprio iudicio, circumspecto modo et subacto, plus tribuamus quam ingeniosi poetae imitationi. — Post haec unum est quod addam de hoc artificio. *Αἰολικόν τι θάημα* sive *θέαμα* olim scriptum fuisse pro eo quod nostri libri manuscripti propagarunt *αἰπολικόν τι,* quum vetera scholia testantur tum defendunt alia quae a Meinekio hanc in rem prolata sunt. Nam tantum abest ut quod in scholiis indagavisse quamquam perperam visus est Ahrensius verum sit *αἰολίχον τι θάημα* vel ut ipse scribit *αἰολίχον τοι θᾶμα*, ut id parum congruat cum ipsius poetae iudicio non pusilli artificii opus significaturi sed laudem vasi ex origine quaesituri.

Vers. 63 sqq. *Ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς κτλ.*

Accedo ad carmen insigni fama celebratum multorum studiis agitatum magnis difficultatibus

---

*) Legendum haud dubie *τὼς δὲ μέτα.* Nam *τοῖς δὲ μέτα praeter hos*, ut Schaeferum secutus interpretatus est Fritzschius, sive rectius *ad hos* non licet dicere nisi rem utramque, et cui quid additur et quae additur, arctissime inter se cohaerere cogitas. Quo fit, ut contraria potius ei quam flagitat ipse Fritzschius evadat sententia.

cum propter ipsius indolem tum propter corruptelarum quibus temporum iniuria obsitum est multitudinem implicatum, carmen illud de misero Daphnidis amore atque obitu. In quo explicando atque emendando qui non frustra operam collocare suscipit, ei hoc ante omnia tenendum videtur, argumentum tale esse, ad quod perspiciendum non longe petitis subsidiis aut erudito apparatu opus sit, sed mera subtilique ipsius carminis consideratione. Etenim sumsit sibi Theocritus in condendo hoc carmine id quod in tragicis personis tragoediae auctores sibi sumsisse notum est, ut hominis fatis famaque nobilitati certis quibusdam finibus circumscriptam proponeret imaginem; quod summum dum sequitur, nihil curat res secundarias ab aliis aliter narratas, eas pro suo consilio vel arbitrio servans, mutans, novans, omittens. Minime igitur in iudicando huius poematis consilio morandum in iis quae de Daphnide aut alii scriptores aut ipse Theocritus aliis carminibus commemoraverunt. Per se suos numeros explet hoc carmen, per se solum spectandum est. Atque utinam ne, quemadmodum propositum suum per singula persecutus sit poeta noster, per tot tantasque librariorum depravationes obscuratum ac nimis spatiosus divinandi artibus patefactus esset campus, in quo quam varie se exercuerint virorum doctissimorum ingenia abunde constat. Ac paene vereor ne si ego iam meas quasdam propinaverim inventiunculas arrogantius fecisse undamque ut aiunt in mare fundere aut etiam argutos inter strepere anser olores videar. Veniam tamen mihi conatus mei ut ingenui ita modesti ab humanissimis viris, si qui forte haec perlegerint, impetratum iri et spero et confido.

Daphnis igitur nobilis inter Siculos pastores armentarius*) cum propter miram canendi artem insigni fama celebraretur nec solum dii hominesque cantum eius admirarentur, sed eodem brutae quoque feraeque bestiae allicerentur delenirenturque, tantum ille sibi sumsit spiritum ac fastum, ut quoniam omnia flectere ac regere posse videretur contemta Veneris deae potentia numquam se amoris vi subactum iri iuraret et iactaret. Ibi laesum Veneris numen effecit, ut puellam aliquam misere deperiret, illa autem tantum abesset ut mutuum detrectaret amorem, ut assectaretur eum et postquam ille delitescere coepit, per notos locos solitaque poscua, ubi antea carmina eius audire consuesset, quaereret ac vestigaret. Ast ille quum tandem constringi se vinculis amoris videret vimque ardentem penitus ingruere haerereque in medullis sentiret, tum quanto se tandem obligasset sacramento intellexit; et quum neque per puellam staret quominus quam cuperet potiretur neque per Venerem, dummodo victum se confiteretur, tamen noluit hoc, sed, mirum quod foret omnibus quicunque de illo sacramento nihil accepissent, obdurato pectore sustinuit gravissimos animi dolores remotus ab omni aequalium consortio, a grata armentorum consuetudine, frustra caussam huius rei quaerentibus reliquis pastoribus, diis adeo frustra consolantibus, lugentibus ipsis bobus caeterisque feris, donec absumptis miserabili luctatione viribus invictus superbia cruciatu victus eo concessit unde nefas quemquam redire.

Haec est summa carminis. Quae si non falso a me reddita est, apparet, cur ea quae versu 82 et seqq. de puella leguntur *Κῆφα· Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἁ δέ τε κώρα Πᾶσας ἀνὰ κρᾶνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται — — Ζατεῖ σ'· ἆ δύσερώς τις***) *ἄγαν καὶ ἀμήχανός ἐσσι,*

*) *Bubulcus* non est idem qui *βούτας* vel *βουκόλος*; neque enim bubulci suos, sed dominorum greges pascebant. Domini autem sive magistri pecorum (Ovid. Fast. IV, 747) appellabantur armentarii, opiliones, caprarii, denique suarii et porcarii, quos tamen non idoneas suis carminibus personas iudicavit Theocritus. *Bubulcus* graece est *βουφορβός*, ut subulcus *συφορβός* sive *ὑφορβός*, *bubsequa* denique *βοηλάτης* vel *βοώτης* vel *βουκαῖος*.

**) Sic *δύσερως* in omnibus edd. acuitur et hic et apud Call. epigr. 41, 6 et apud Plut. Per. 20, quamquam nondum inventus est locus, ubi conveniens huic *τονώσει* declinatio *δύσερως*, *δύσερω*, si vere praecipiunt grammatici (vid.

minime tanquam sensu cassa graviori medelae subiicienda sint, quod video a plerisque, qui novissime de hoc loco disseruerunt, fieri. Et est sane magna lectionis in libris discrepantia, sed non tam gravis, ut de sententia poetae dubitationem ullam moveat. Mire enim libri consentiunt et in ipso verbo formaque participiali et in vocali particulae cxclamationis, alii *ζητεῦσ' ἆ* vel *ζητοῖσ' ἆ* exhibentes alii *ζατεῦσ' ἆ* vel *ζατοῖσ' ἆ*, alii *ζατεῦσα, ζατοῖσα, ζάτεισα,* alii denique easdem formas suo accentu destitutas. Ad hoc si consideramus, nonnullos libros non *τί τὺ τάκεαι* praebere sed id quod recepit Ahrensius *τί νυ τάκεαι* eo particulae usu qui frequens apud Homerum, veluti *τί νύ οἱ τόσον ὠδύσαο Ζεῦ;* apud Theocritum alibi non invenitur, sed et hic aptissimum locum habet nec minus apud imitatores Theocriti Bionem X, 3 *τί νυ τόσσον ἀπήχθεο;* et Moschum IV, 6 *τί νυ δή με θεοὶ τόσον ἠτίμησαν;* et 62 *τί νύ τοι φρεσὶν ἔμπεσε τοῦτο Λευκαλίμαις;* haec inquam si consideramus, mentem subit suspicio, ne prius illud *τύ* recte quidem, sed non suo loco legatur, quo restituto scriptura meo quidem iudicio genuina prodeat haec: *Κῆφα· Δάφνι τάλαν, τί νυ τάκεαι; ἁ δέ τυ κώρα Πᾶσας ἀνὰ κρᾶνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται Ζατοῖσ'· ἆ δύσερώς τις κτλ., miser Daphnis, quid quaeso tabescis? puella quaerens te fertur ad omnes fontes, per omnia nemora.* Versum intercalarem, qui in libris post versum 82 inseritur, quo iure omiserim, infra apparebit. Nunc autem ne quis in pronomine personali tanquam temere inter articulum et cohaerens substantivum interposito haereat, collegerunt similia exempla quum Hermannus ad *'Ωαριστύν* p. 94 et Meinekius in Anal. Alex. p. 227 et ad Call. p. 235, tum subtilius in eam rem nuper inquirens Otto Schneider Philolog. XX p. 160 sqq. hanc constituit legem, non posse articulum a suo nomine dirimi nisi accusativo aliquo obiecti. Sed huius legis iustam desidero rationem ac potius sic statuendum puto, articulum aut non posse a nomine suo nisi iis vocabulis dirimi quae interposita tamen natura sua non dirumpunt necessario cohaerentia, aut articulum non esse articulum sed pronomen. Ad prius genus pertinent primum ii loci in quibus diremptio fit aut particulis illis *μέν, δέ, γὲ, μέντοι* aliis, aut pronomine aliquo enclitico, ut illo Herodoti loco quem laudavit Schneiderus I, 115 *οἱ γάρ με ἐκ τῆς κώμης παῖδες ἐστήσαντο βασιλέα*, arctioribus hic tamen concellis hunc usum circumscribens, quum ad accusativi rationem retulit quod nititur in pronominis enclitici natura; nam etiam dativo similem in modum usus est Herodotus I, 1 *τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι 'Ιοῦν,* VII, 38 *τῶν μοι παίδων ἕνα παράλυσον τῆς στρατιῆς*. Deinde huc pertinent ii loci, in quibus rhetoricam ob caussam *αὐτός* pronomen inter articulum et reflexivum ex nomine pendens interponitur, ut apud Aeschinem Ctes. §. 233 *καταλέλυκε τὴν αὐτὸς αὐτοῦ δυναστείαν*, quem dicendi usum adeo quasi induruisse, ut neglecta ratione grammatica *αὐτός* pronomen *ἀκλίτως* cum reflexivo coniungeretur, nuper exemplis quibusdam allatis ostendit Carolus Keil Musei Rhenani tom. XVIII p. 264.*) Itaque si quis propter hanc ipsam causam, quod Graeci quae et sono et

Göttling de Acc. p 287) compareat. Rursus *δυςέρως* neminem vidi qui propter frequentata *δυςέρωτος δυςέρωτι δυςέρωτα* et rel. scribere susceperit.

*) Eandem dicendi formam quum poeta inscriptionis apud Boeckhium III p. 12 n. 3843 posuisset, obliteravit sculptor. Ille haud dubie scripserat *Τίς ἂν δὲ χεῖρα προςαγάγῃ βαρυφθόνον. Ταῖς αὐτὸς αὐταῖς περιπέσοιτο συνφοραῖς*, hic *αὐτός* omisit. — Caeterum quod de Graeco usu pronominis positione delitescentis dixi, id similiter usurpatum in Latino quoque sermone invenimus, ut paucis exemplis commonstrare libet, Cic. Cat. mai. 3, 8 *cum ille dixisset, non eum sua sed patriae gloria splendorem adsecutum.* 15, 53 *cuius quidem non utilitas me solum, sed etiam cultura delectat.* 23, 84 *animus non me deserens, sed respectans in ea loca discessit. Lael.* 22, 84 *tum se denique errasse sentiunt quum etc.* Somn. Scip. 8 *deum te igitur scito esse.* pro Coel. 24, 59 *ut non tam se mori quam spoliari — doleret.* Liv. XXIII, 3 *si Trasumenni quam Trebiae, si Cannarum quam Trasumenni pugna nobilior esset, Cannarum se quoque memoriam obscuram facturum.* XXXVIII, 17 *Attalus eos rex saepe fudit.*

notione arcte cohaerere viderentur ea ne loco quidem disiungere vellent, in his Theocriti XVI, 4 *ἄμμες δὲ βροτοί, οἱ δὲ βροτοὺς βροτοὶ ἀείδοντι* statuat *οἱ* articulum, non pronomen esse, ferri id posse concedo, necesse esse nego. Denique non abhorrent ab eadem ratione illi loci, quibus articulus a nomine seiungitur *παρενθετικῶς* posita enuntiatione *οἶμαι* vel simili, ut apud Plat. Gorg. p. 483 C: *ἡ δέ γε οἶμαι φύσις αὐτὴ ἀποφαίνοι ἄν*, rep. VII p. 532 B *ἡ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, λύσις κτλ.* Ita accuratius definitis diremtionis illius finibus quid de reliquis locis statuendum sit non dubium est. Nam in eiusmodi locis, quales Callimachi h. Dian. 134 *ταὶ δὲ θυωρόν Εἰνάτερες γαλόῳ τε μίαν πέρι δίφρα τίθενται*, h. Cer. 121 *χὠς αἱ τὸν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι ἄγοντι Τέσσαρες*, quis credat talem ferri posse articuli a nomine separationem, nihil commendationis neque ab usu neque a ratione habentem? In his et si qui sunt similes locis persuasum mihi est non de articulo sed de pronomine esse cogitandum; ut dubitem etiam de veritate duarum Hermanni coniecturarum, quarum altera eos versus qui in carmine *Ὀαριστύς* inscripto leguntur 47 et 48 Mein. sic revocat ad aequabilitatis legem *Αἶγες ἐμαὶ βόσκεσθε· τὰ βουκόλω ἔργα νοήσω* et *Ταῦροι καλα νέμεσθε· τὰ παρθένῳ ἄλσεα δείξω.* Sed hoc loco potius prior versus ex sequenti emendandus esse videtur *Αἶγες ἐμαὶ βόσκεσθ', ἵνα βουκόλω ἔργα νοήσω. Ταῦροι καλὰ νέμεσθ', ἵνα παρθένῳ ἄλσεα δείξω.* Alterum locum X, 34, quem Hermannus sic correxit *τὼς τὺ μὲν αὐλὸς ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ τύγε μᾶλον*, ut graviorem labem contraxisse putem, cum mira ac consentiens librorum scriptura *τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ μᾶλον τύ* vel *τύγε* tum alia quaedam commovet observatio. Nam Theocritus non eodem modo formis accusativi pluralis in *ος* pro *ους* vel *ως* ac formis in *ᾰς* pro *ᾱς* usus esse videtur. Accusativi enim primae declinationis quum saepissime correpta terminatione (I, 83. 134. II, 160. III, 3. IV, 2. 3. V, 42. 64. 73. 103. 121. VI, 32. X, 35. 38. IX, 11. XV, 65. XXI, 1), producta numquam nisi ictus ope inveniantur (II, 6 *θύρας ἄραξεν.* V, 89 *τὰς αἶγας.* VII, 104 *φίλας ἐς χεῖρας**), contra secundae declinationis accusativi longe crebrius producta terminatione vel nullo ictus subsidio utuntur (XV. 63 *χρησμὼς ἁ πρεσβῦτις ἀπῴχετο.* XXVI, 6 *τὼς τρεῖς τᾷ Σεμέλᾳ, τὼς ἐννέα τῷ Διονύσῳ*, 17 *πέπλως ἐκ ζωστῆρος*). Sed in hac re animadversione dignum hoc est, primum quod nunquam in his carminibus articulus *τός* scriptus invenitur, quamquam huius usus exempla exstant in inscriptionibus apud Ahrensium de dial. dor. p. 172, et *τάς* correptum praebet Theocritus his locis III, 3. V, 64. 73; deinde illae correptiones non inveniuntur in vocabulis quae ultimam acuunt, neque si unum maioris ambitus exceperis in iis quae penultimam non habeant brevem: *τὰς παρθένος* I, 90, *τὼς λύκος* IV, 11. V, 106, *διδυματόκος αἶγας* V, 84, *τὰς ἀμπέλος* V, 109, *τὼς κανθάρος* V, 114, *τὰς δασυκέρκος ἀλώπεκας* V, 112. Itaque quum nihil eiusmodi inveniatur quale *αὐλός* pro *αὐλούς*, omnia autem contraria compareant in accusativis primae declinationis veluti *πᾶσας, Μοίσας, σκίλλας, ὄχνας, τέχνας, καινάς, αὐτάς, ἀντολάς, καλάς*, non casu hoc factum esse, sed sensus quodam aut legis impulsu Theocritum ab his formis

*) Quartum exemplum V, 121 *γραίας ἀπὸ σώματος* exemit Meinekius *Γραίας* scribendo. Caeterum in iis poetarum locis quos Ahrensius dial. dor. p. 172 ad illustrandum hunc usum collegit unus est Stesichori fr. 5 sic scriptus apud Bergkium: *Δὴ τότε γεννήθη σχεδὸν ἀντιπέραν κλεινᾶς Ἐρυθείας Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ πᾶγας ἀπείρονας ἀργυροῤῥίζους Ἐν κευθμῶνι πέτρας.* Sed quid sibi hoc vult: *Geryones natus est ad fontes Baetis fluminis exadversum Erythiam insulam?* Quasi quis exadversum Helgolandam insulam natus dicatur ad fontes Albis. Deinde non totum flumen, ut Strabo testatur, sed fontes appellari argenti uberes eosdemque ingentes, sane quam offensui est; nisi corrupta sunt verba et sic in integrum restituenda *Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ Ϝᾶγας ἀπείρονος ἀργυροῤῥίζου.* Hesychius *ἄγαι· ἠϊόνες.*

abstinuisse verisimile est. In quo eum, quantum nunc quidem decernere licet, ita secuti sunt Bion et Moschus, ut terminationem *ος* pro *ους* plane evitarent, breviatam formam in *ας* (*Μοῖσας*) semel adhiberet Bion fr. XIV (X), 1. Itaque de illo qui ansam huius disquisitionis dedit loco in eam inclino sententiam, admodum probabiliter olim Meinekium pronomine *τύγε* in suum locum restituto coniecisse *Αὐλὼς μὲν τύγ' ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ γλυκύμαλον.*

Postquam Daphnidem frustra allocuti sunt et Mercurius et pastores et Priapus nihilque responsi tulerunt, accessit auctor aerumnae Venus, sed quo animo, quo vultu, de ea re propter certam versus 96 depravationem adhuc sub iudice lis est. In libris hic et proximus versus sine ulla notabiliore varietate sic leguntur *Ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα, Λάθρη μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχουσα.* Levius enim videri possit, quod vacillant in scriptura primae alterius versus vocis, alii *λάθρη* habentes, alii *λάθρα*, alii *λάθρια*, consentientes ad unum omnes in his *βαρὺν δ' ἀνὰ θυμον ἔχοντες.* Et tamen haec ipsa quomodo explicanda essent, in contrarias abierunt VV. DD. partes. Alteri enim, qui tecte ridere Venerem testimonio librorum crederent, non dubitabant *ἀνέχειν* verbo subiicere potestatem *ostentandi*, *prae se ferendi*, eamque defendere studebant talibus exemplis quibus hoc vocabulum proprio sensu de tollendis et erigendis manibus, pedibus, cervicibus, pectoribus, oculis, vel facibus, vestibus, clipeis aliis id genus rebus usurpatum est. Sed idem translatum ad ea quae animo percipiuntur aut significat *procreare, excitare, patefacere,* veluti *ἀνέχειν φάος τινὶ σωτήριον*, aut *sublevare, alere, sustentare,* veluti in hoc Thucydideo *αἱ περιουσιαι ἀνέχουσι πολέμους*, aut denique *magni facere, honore afficere, venerari*, nostrum *hoch halten*, *in Ehren halten*, exempli causa *τὸν οἰνῶπα κισσόν, λέκτρα Βάκχης, ὄργια σεμνὰ θεαῖν.* Quas omnes significationes si adhibemus ad nostrum locum, apparet nullam aptam esse ad declarandum id quod unice flagitatur. Nam neque commovere vel excitare iram nunc apte dicitur Venus neque nutrire eam neque venerari; sed simpliciter habere aut quam habebat ostendere ac prae se ferre dici debebat, in quam sententiam Nonnus dion. XXXIV, 303 caeterum minime de imitatione cogitans his verbis tam aptis quam perspicuis usus est *Εἶχε νόον γελόωντα, χόλον δ' ἀνέφηνε προσώπῳ.* Quae ipsa sententia quum illis verbis contineri propter sermonis usum non possit, apparet sola oppositionis ratione quam praecedens enuntiatio flagitat ad eam explicationem nonnullos interpretes confugisse. Dispiciendum iam quam recte ii fecerint, qui iisdem verbis contrariam vim tribuentes sic interpretarentur *gravem autem iram reprimens.* Hi vero non poterant quin priorem enuntiationem oppositionis rationi accommodarent; et recte quidem, neque linguae solum sed etiam rationis salvandae caussa. Nam cui quaeso non modo poetae, sed sobrie loquenti homini unquam in mentem veniat sic loqui *venit Venus dulcis, venit ridens, at tecte ridens, iram autem prae se ferens.* Quod quid est aliud quam *venit dulcis, at non dulcis, ridens at non ridens?* Nam ridens venire qui dicitur, eius non solum adventus sed etiam risus animadvertatur oportet. Itaque Godofr. Hermannus qui ad Soph. Oed. Col. 674 (680) illam *cohibendi* vel *comprimendi* notionem necessariam esse dixerat, in Zimmermanni Diurnis philologicis 1837 n. 27 p. 226 hanc proposuit coniecturam *Ἀδέα μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα.* Sed haec coniectura vereor ne propter plures caussas probari non possit. Primum enim illud ipsum *ἀνέχειν* quum Graeci saepe ita usurpaverint ut dicerent *ἀνέχειν ἵππους, continere equos, ἀνέχειν ναῦς, πολεμίους, ἀνέχειν ἑαυτὸν ἀπό τινος*, tamen *ἀνέχειν μῆνιν, χόλον, φθόνον* si in usu fuisset, mirum ni quid exemplorum allatum esset; quod secus est. Nam unicus ille qui hanc in rem allatus est apud Plutarchum locus symp. 7, 4, 6 p. 704 B *εἰ δὲ τοῦτο δόξει μικρόν, ἐκεῖνό γ' οὐ μικρὸν τὸ συστέλλειν καὶ ἀνέχειν τὴν ὄρεξιν ἔτι παρούσης τῆς ἀπο-*

λαύσεως vix dubitandum quin vel hiatus purgandi caussa sic corrigendus sit τὸ συστέλλειν καὶ κατέχειν τὴν ὄρεξιν ad similitudinem loci qui est eiusdem libri IV, 4, 3 p. 668 D ἄριστον ἂν ὄψ ον εἴη τὸ μάλιστα τὴν ὄρεξιν ἐπὶ τῷ σίτῳ κατασχεῖν δυνάμενον, coll. de tuend. san. 18 p. 133 B. Alterum quod in Hermanni coniectura offendit, pertinet ad ea quae mutavit verba. Nec nimium tribuam ei quam ipse Hermannus commemoravit Frid. Iacobsii ad Anth. Pal. p. 723 observationi, non facile dixisse veteres ἁδέα γελᾶν pro ἁδὺ γελᾶν, quamquam ea haud exiguam habet ab optimorum auctorum usu commendationem. Nam quum sexcenties talia legantur γελᾶν ἁδύ, ἱμερόεν, ἠκαλέον, χλαρόν, ἀχρεῖον, δακρυόεν, πλατύ, σεσαρὸς καὶ σοβαρόν (XX. 14), porro ἡδύ, μέγα ἐκγελᾶν, σαρδόνιον μειδιᾶν, ἄπλητον σεσηρέναι, tamen quamvis multa similia congesserint exempla Lobeckius ad Soph. Ai. p. 246 et Meinekius ad Soph. Oed. Col. p. 148, admodum pauca sunt quae Iacobsii observationem infirment Melagri V, 179, 3 τί μάλιστα γελᾷς καὶ σιμὰ σεσηρὼς Μυχθίζεις; et incerti poetae XII, 156, 4 ἁβρὰ γελῶν ὄμμασιν ἐκκέχυσαι, nullum Theocriti, qui tamen non dubitaverit dicere ἁδέα συρίζειν VI, 9. ἁλμυρὰ κλαίειν XXIII, 34. αἰόλα φωνεῖν XVI, 44. ἀνάνυτα κωτίλλειν XV, 37. ἐτώσια μοχθίζειν VII, 48; itidem auctor carminis XX, ὡς ἄγρια παίσδεις 6. λοξὰ βλέποισα 13. Haec omnia facilem explicationem habent hanc quam dedit Hermannus ad Eur. Hel. 291 p. 31; scilicet quae vulgo dicuntur ἡδέα συρίγματα ποιεῖσθαι, ἁλμυρὰς κλαύσεις κλαίειν, αἰόλους φωνὰς φωνεῖν, λοξὰ βλέμματα βλέπειν eadem contractius si velles efferre debebant sic ut modo indicatum est efferri ἡδέα συρίζειν et rel.; et rursus quod XX, 7 ὡς κωτίλα ῥήματα φράσδεις latius pronuntiavit auctor poterat restrictius hoc modo ὡς κωτίλα φράσδεις· denique comicus aliquis ἱπποσέλινα γελᾶν quo alio sensu dixit nisi hoc *ridere quasi gustatis oleris atris!* Quae omnia posui, ut Graeci cur ἡδὺ γελᾶν, non ἡδέα γελᾶν fere dixerint explanarem; nam *dulces risus ridere* propterea verisimile est eos dicere noluisse quod universum ac continuum ridendi affectum quam singulos repetitosque motus significare maluerunt. — Sed ponatur hoc, non abhorruisse Theocritum ab hoc dicendi genere, at quae est orationis elegantia in his ἦνθεν ἁδεῖα Κύπρις ἁδέα γελάοισα? Quis non potius aliud ad γελάοισα desiderat adverbium quam quod per se intelligitur. Nam dulcis si venit Cypris, quis credat acerbum eius risum fuisse? Credidit quidem Ahrensius quum λαδρὰ μὲν ἐκγελόωσα, i. e. χλευαστικῶς, quod coniecit in textum reciperet; credidit etiam Ribbeckius p. 548, quum lenius mutaret λαιδρὴ (voluit λαιδρὰ) μὲν γελάοισα, i. e. ἀναιδής. Sed haec paene rustica est oratio, certe non vera. Nam apparet, eum qui positum vocabulum repetat cum particula μέν, hoc dicere velle, verum quidem esse quod antea dixerit sed tamen per aliquam conditionem sive restrictionem, ut hoc loco: dulcis accessit Venus et ridens, sed ita ridens, ut quam mansuetudinem vultu praetenderet intus non gereret. Quod contra Ahrensius et Ribbeckius illam restrictionem in id periodi membrum inferunt quod ad confirmandum superius positum fuerat. Ut, si non omni, quodam tamen modo recte scribi potuerat ἦνθεν ἁδεῖα ἁ Κύπρις καὶ γελάοισα, ἀλλὰ λαδρὰ sive λαιδρὰ γελάοισα βαρύν τε θυμὸν ἔχοισα, ita quemadmodum illi voluerunt, nullo modo scribi poterat. Iam quoniam neque repetitum illud ἁδεῖα placere potest, et simile quid quod proximis βαρὺν θυμὸν ἔχοισα ex opposito respondeat postulatur, credo Theocritum scripsisse ἅσυχα μὲν γελάοισα, non ipsum verbum praestans (nam licebat ἠρέμα vel ἤκαλα, vel ἀτρέμα ut VII, 19 ἀτρέμας εἶπε σεσαρώς), sed certus de sententia: *dulcis venit Venus et ridens, leniter sane ridens, at graviter intus succensens**). Neque abhorret

*) Vox voce mutata esse videtur etiam XXII, 123, ubi vulgo legitur Ἀλλ' ὅγ' ὑπεξανέδυ κεφαλῇ, στιβαρᾷ δ' ἄρα χειρί, codices praebent κεφαλήν, quod cum propter auctoritatem tum propter sententiam servandum sic videtur: Ἀλλ' ὅγ' ὑπεξανέδυ, κεφαλὴν δ' ἄρα χειρὶ βαρείᾳ vel παχείᾳ.

a probabilitate genuinam vocem expulsam esse glossematica, ita tamen ut non credam veteres interpretes tamquam rarum aliquod vocabulum ἥσυχα explicare voluisse, sed voluisse significare, non vulgari illud sensu accipiendum esse sed pro *clam;* nam in eo errore, quum ἀνέχειν *prae se ferre* explicarent, illi versabantur, ut apparet ex scholio: τῷ μὲν φαινομένῳ ἐθυμοῦτο, κεκρυμμένον (leg. κεκρυμμένως) δὲ ἐγέλα. Fuisse autem qui haec vocabula inter se explicarent, ostendit scholiasta Thucydidis haec VIII, 69 εἴρητο ἡσυχῇ sic explicantis κρύφα φησὶν εἴρητο, et rursus Hesychius: λάθρα· κρυφίως, ἠρέμα, ἡσύχως. — Proxima autem, postquam ἀνέχοισα ferri non posse ostendi, non sic ut Wartonus cui assentit Ribbeckius emendanda censeam βαρὺν δ' ἄρα θυμὸν ἔχοισα, nam in tam gravi oppositione nullus est particulae ἄρα locus; sed unice verum vidisse credo qui sic scripserunt βαρὺν δ' ἐνὶ θυμὸν ἔχοισα, quam coniecturam Gebauerus p. 110 propter suas rationes improbat. Ἐνέχειν autem in hac re verbum est proprium. — Possem iam hanc rem confectam existimare, nisi de proximo versu restaret scrupulus. Habuerunt eundem scrupulum atque eximere studuerunt iam veteres interpretes. Nam quam illi diversam lectionem commemoraverunt ἦνθέ γε μὰν ἁ δῖα καὶ ἁ Κύπρις, ea quamquam non minus perversa est quam vocabuli ἁδεῖα ut pro ἁδέα positi explicatio tamen ostendit, eam lectionem quae hodie recepta, aut eam rationem, qua hodie defensa est, non probatam fuisse illis antiquis lectoribus; ac vereor ut hodie probari possit ne post ea quidem quae I. G. Huschkius in Wolfii liter. Anal. t. I p. 176 et Meinekius p. 192 ad defendendam eam protulerunt. Nam illa Callimachi h. Del. 323 εὕρετο νύμφη Παίγνια κουρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελαστύν et haec Theocritea τὰ ποικίλα ἄθρησον Λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα, quae nullam per particulae traiectionem obscuritatis traxerunt molestiam, minime comparari possunt cum contorta illa ac vix ullo interpretationis machinamento comprehensibili oratione ἦλθεν ἡδεῖα καὶ ἡ Κύπρις γελῶσα id ut non sit *venit dulcis etiam Venus, ridens,* quae non elegans at sana esset oratio, sed ἦλθεν ἡ Κύπρις ἡδεῖα καὶ γελῶσα. Equidem sic existimo, vitium huius versus contractum esse ex neglecta unius vocabuli repetitione scripsisseque poetam: ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ Κύπρις, ἦνθε γελᾶσα. Anaphoram non semper iisdem formis uti, ostendit haec XXIV, 35: ἄνσταθ' Ἀμφιτρύων· ἐμὲ γὰρ δέος ἴσχει ὀκνηρόν, Ἄνστα μηδὲ πόδεσσιν κτλ. Neque de mutata vocis Κύπρις prosodia sollicitum esse patiuntur similia exempla VIII, 5 πρᾶτος δ' ὦν ποτὶ Δάφνιν ἰδὼν ἀγόρευε Μενάλκας· Μυκητᾶν ἐπίουρε βοῶν Δάφνι λῇς μοι ἀεῖσαι; et XVIII, 51 εὐτεκνίαν, Κύπρις δὲ θεὰ Κύπρις ἶσον ἔρασθαι κτλ.

Vers. 97. Κῆπε· τύ θην τὸν ἔρωτα κατεύχεο Δάφνι λυγιξεῖν.

Non facio cum iis qui Frid. Hermannum secuti κατ' εὔχεο Δάφνι λυγιξεῖν scribendum censuerunt. Alterutrum enim fieri necesse: aut ut praepositio κατά pronuntiando diducatur a proximo cum quo ne cohaereat vocabulo; tum versus ingrata vitiatur caesura. Aut inciditur suo loco post vocem ἔρωτα; tum nullo pronuntiandi artificio id efficias ut qui audiat non auribus coniungat praepositionem cum eo quod imminet vocabulo, animo percipiat consuetum omnibus vocabulum κατεύχεσθαι. Quod non video cur non servetur, hoc sensu *exsecratione te devinxeras.* Constructio eadem est quae apud scriptorem quem excerpsit ut videtur Athenaeus XIII p. 573 E οἱ ἰδιῶται κατεύχονται τῇ θεῷ, ἀπάξειν αὐτῇ τακτὰς ἑταίρας.

Vers. 105. Οὖ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βουκόλος, ἕρπε ποτ' Ἴδαν,
ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν· τηνεῖ δρύες, ὧδε κύπειρος,
ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.

Sic libri. Consentio cum Gebauero p. 110 sq. qui οὐ λέγεται pro vulgato οὗ λέγεται (dialectus flagitabat ὦ) lenissimam iudicat mutationem, quam cur Meinekius adeo improbaverit, non

perspicio caussam. Utrocunque modo scripseris, sententia salva est; sed magis placent ut in vividiore oratione crebrae incisiones quam relativa ista comprehensio *οὗ* (sive *εἶ* sive *ὡς* sive *ὧ*) *λέγεται, ἕρπε κτλ.* Porro facio cum Ribbeckio, *τηνεῖ δρύες ὧδε κύπειρος* ferri non posse, quia quicunque haec scripsit non dubium est quin unum eundemque locum esse, ubi et quercus et cyperus crescerent, voluerit. Sed in eo plurimum dissentio, quod commonstrante loco gemello V, 45 *οὐχ ἑρψῶ τηνεῖ· τουτεῖ δρύες, ὧδε κύπειρος* hic quoque *τουτεῖ δρύες ὧδε κύπειρος* scribendum censet, ut hoc dicat Daphnis *abi Venus ad Idam, ad Anchisen; non sequar quo me vocas; bene hic est, hic manebo.* Quae sententia tantum abhorret a mente Daphnidis, ut recte sensisse illum diasceuasten existimem, qui inventam in suo exemplari lacunam — nam lacunam fuisse contendo — quum melius quam versibus ex carmine V commodatis explere nesciret, certe *τουτεῖ* in *τηνεῖ* mutaverit, quo Daphnidem id quod aliquo modo conveniret dicere iuberet, nempe hoc *quid hic demoraris, o Venus? non bene hic est, abi ad Anchisen tuum; illic quercus sunt, illic cyperus, illic tu poteris cum eo ludere.* Consilio igitur mutavit *τηνεῖ*, *ὧδε* retinuit necessitate. Sed haec nihil ad Theocritum. Lacunam potius statuendam esse quum ipsum illud sesquidistichi assumentum luculenter prodat; tum monent illa *ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει* excidisse nonnulla, quae similem cum Anchise atque haec cum Adonide haberent rationem. Non sensit hoc solum, sed etiam sarcire studuit damnum Arminius Köchly (Carminum Theocriteorum in strophas suas restitutorum specimen p. 32), cuius ego nunc quoque antiquo animo recolo memoriam; sed medicina usus est quantumvis ingeniosa fervidiore tamen quam quae diutius consideranti facile probari possit. Nescio annon mihi sit eadem res felicius successura. Suspicor enim hanc fuisse totius loci sententiam *Quid tibi mecum? Non tu me subiges, frustra illudis; sim licet afflictus, at non profligatus. Tu vero nonne periisti Anchisen? Abi istuc, ille tibi me gratior erit; non solum pastor, est etiam regius puer, vetusto regum genere prognatus. Commodus est etiam Adonis, quoniam et greges pascit et venator est promptissimus.*

Vers. 118. *Καὶ ποταμοί, τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ.*

Hic etsi plurium in brevi tractu fluviorum a Theocrito iniecta mentio nullam fortasse faciat mirationem magnum illud quod vocat flumen Anapum consideranti; solent enim exaggerare poetae; illud tamen qui possimus non mirari, quod locus in quem omnes hi fluvii undas suas demittunt non ferme pro re nata exiguus situsque in regione tam celebri omniumque cognitioni patente, commemoratus denique a poeta non vetustissimae memoriae, neque ab ullo alio antiquitatis scriptore commemoratus neque a literato quodam scrutatore investigatus est. Quid enim ad rem fossa illa quam Servius ad Aen. III, 500 Theaetetum grammaticum secutus (quod ingeniose perspexit Ahrensius Vol. II p. 476) olim intra Syracusanos muros a captivis Atheniensibus factam esse et admisso flumine repletam munitiorem fecisse civitatem narrat, *Ὕβριν* primo vocatam, post Thymbrin; aut quid faciamus fabuloso Thymbri fluvio, quem fama narrat olim ab Hercule aggeratum postea incoluisse Cephaloedios, longissime illo a Syracusis remoto? Quid denique lucramur montem nescio quem huius nominis fingentes qui tanta magnitudine ut plures inde fluvii delaberentur vix poterat antiquis interpretibus adeo ignotus esse ut de fossa Syracusana dudumve exsiccato eoque remotissimo fluvio cogitarent. Quid multa? Sic existimo, similem celeberrimi nominis pronuntiationem de loco turbasse reconditiorem aliquam vocem. Quae non longe quaerenda est; servavit Asclepiades Myrleanus, quem scholiasta laudat his verbis *Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς διὰ τοῦ δ γράφει καί φησι· Δύβρις ἡ κατὰ γλῶσσαν θάλασσα.* Mare igitur habemus (non fluvium, ut perperam refert Lehrsius Herodian. p. 444), quod huic

loco accommodatissimum est; vocem autem nullo adhuc loco inventam cur finxisse Asclepiadem suspicemur? Usurpat Theocritus alia rariora vel e dialectorum thesauris sumta vel e doctrinae penu deprompta vocabula, quae apud alios auctores aut non aut raro invenias, quorum partim nuper demum virorum doctorum sollertia et sagacia detecta poetaeque restituta sunt veluti *βουκαῖος* et *βοῦκος, μύσταξ, δαγύς, ἄϊτας, ἀμιθρέω, ὀσσίχος, ἀμός* pro *τίς, μάλευρον* pro *ἄλευρον.*

Vers. 136. *Κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.*

Non de certatione haec intelligenda sunt, quam Meinekius intulit corrigendo *δαρίσαιντο*, Fritzschius interpretando *mögen die Käuze mit den Nachtigallen um die Wette singen.* Immo hoc dicit poeta *mögen die Käuze den Nachtigallen singen* vel *vorsingen.* Lusciniae tacere iubentur audireque inconditos ulularum clangores. De constructione confer IX, 14 *οὕτως Δάφνις ἄεισεν ἐμίν, οὕτως δὲ Μενάλκας,* nec alio sensu accipiendum VIII, 6 *λῆς μοι ἀεῖσαι*;

Vers. 138. *Χὠ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀνεπαύσατο, τὸν δ' Ἀφροδίτα*
ἤθελ' ἀνορθῶσαι· τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπη
ἐκ Μοιρᾶν, χὠ Δάφνις ἔβα ῥόον κτλ.

Ἀνεπαύσατο legit scholiasta sic explicans· *εὐφήμως τὸ ἀποθανεῖν ἀναπαύσασθαι ἔφη.* Male hoc, peius etiam quod explicandae *ἀνορθῶσαι* vocis caussa addit *ἐκ δευτέρου ζῶντα παραστῆσαι,* quasi ex inferis revocare Daphnidem voluisset Venus; quae parum congruunt cum his quae sequuntur *τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπη.* Secundum scholiastam diceret poeta *mortuum revocare volebat Venus, sed ille erat mortuus.* At ille etiamtum inter vivos est, quamquam animam agens, ut recte diceretur Venus *morientem* revocare voluisse. Id vero graece per imperfectum exprimendum erat *ἀνεπαύετο.* Nunc quod scriptum legitur, alia omnia significat, ut docet Lysias c. Eratosth. §. 61 *ἐγὼ γὰρ δέομαι ἀναπαύσασθαι* id est *cupio resipiscere, respirare, quo paulo post validius possim pergere.* Rectissime nonnulli libri hic et praeter unum omnes VII, 90, ubi eadem legitur enuntiatio, *χὠ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο haec ubi dixit, desiit; nihil ultra dixit.*

In extremis ambigebant VV. DD. de sensu enuntiati *ἔβα ῥόον*, num in undas praecipitasse Daphnis diceretur an ad Acheronta descendisse. Equidem existimo, consilio et de industria poetam sic ambigue esse locutum de morte Daphnidis, clare quidem si exitum spectes, obscure si modum. Mire enim movent animos quae quasi quadam caligine obducta magis quam obtecta verius sentiuntur quam perspiciuntur.

Sed ventum eo est, ut quae mea sit de strophica huius carminis dispositione sententia iam edisserendum sit; id quod quam potero paucissimis absolvam. Nititur autem haec quaestio partim ipsius carminis indole partim librorum auctoritate scholiastarumque paucis quibusdam indiciis; nam ephymniorum ratio et usus quam vim habeat in diiudicanda hac re, difficile est dictu, quando quidem qui de ea re subtiliter et copiose exposuerunt duumviri Ahrensius ad Bionis epitaphium p. 29 seqq. et Gebauerus p. 103 seqq. idemque in proecdosi pag. 51 seqq. in contrarias abierunt partes ac paene, si fas est dicere, non tam contra se quam contra ipsam rationem atque usum videantur pugnare, siquidem verum est, ut mihi videtur, totum hoc non tam a constanti quodam usu certaque ratione quam ab ipsorum poetarum pependisse arbitrio ac consilio, cuius cognoscendi fontes non alii sunt quam quos modo dixi carminum ipsorum indoles librorumque ac commentatorum auctoritas. Duplicem autem deprehendimus in hoc carmine ephymniorum speciem, alterius hanc *ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς* alternante hac *Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς,* alterius vero hanc *λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἴτε λήγετ' ἀοιδᾶς.* Laudatos hos versus non totos tamen videmus in veteribus scholiis, primum ad vers. 64

ἄρχετε βωκολικᾶς] — — — τοῦτο δὲ λέγεται πρόασμα καὶ ἐπιμελῴδημα καὶ ἐπωδός· τὸ δὲ ἄρχετε καὶ λήγετε ἐπῳδοῦ τάξιν ἔχει, quae sic scribenda videntur τοῦτο δὲ λέγεται πρόασμα· τὸ δὲ ἄρχετε καὶ λήγετε ἐπιμελῴδημα καὶ ἐπῳδός· ἐπῳδοῦ γὰρ τάξιν ἔχει, quae ex parte repetuntur ad vers. 84 ἄρχετε βουκολικᾶς Μῶσαι — πάλιν] τὸ πάλιν ἐξ ὑποστροφῆς ἀρχὴν ποιούμενός φησιν· αἱ παραγραφαὶ δὲ συστέλλουσι τὰς ᾠδάς· τὸ δὲ ἄρχετε βουκολικᾶς λέγεται ἐπῳδοῦ τάξιν ἔχειν. Porro ad versum 83 interruptum intercalari versu sermonem his notat scholiasta: διὰ μέσου ὁ στίχος τὸ (leg. ὁ) ἄρχετε βωκολικᾶς. — Quod codices attinet, ille versus qui ἄρχετε βουκολικᾶς incipit ab omnibus agnoscitur his locis 64. 70. 73. 76. 79. 84 (ubi tamen unus codex inversum ordinem habet πᾶσας ἀνὰ κράνας — —, ζατοῖσ' ἆ δύςερως — —, ἄρχετε κτλ.) 89. 94. 99. 104; versus 108 in nonnullis desideratur, in uno a sec. m. additus; in omnibus est 111, contra 114 in omnibus inventus in nonnullis excipit sequentem ὦ λύκοι κτλ., in uno utrumque locum occupare videtur; rursus in omnibus legitur 119. De versu λήγετε κτλ. consentiunt libri ad unum omnes his locis 127. 131. 137. 142. Librorum igitur strophae hae sunt 2. 4. 2. 2. 2. 4. 4. 2. 2. in quibus nullam agnoscas neque artis legem neque Theocriti manum. Turbas quum aliis communibus causis tam inde ortas suspicere, quod ea signa quibus veteres commentatores singularum stropharum comprehensionem constituerent (sic liceat interpretari verba scholiastae αἱ παραγραφαὶ συστέλλουσι τὰς ᾠδάς) ac notarent aut per errorem aut temeritate male affigerent vel omitterent. Itaque in hac quidem carminis parte proprio standum erit iudicio; quod equidem lubenter applicarem ad eleganter inventam stropharum rationem ab acutissimo Gebauero, qui usque ad versum 113 binos versus parilis argumenti in stropharum et antistropharum formam redigit, nisi quae assensum cohiberent graviora exstarent quum in ipso carmine tum ab auctoritate librorum impedimenta. Primum enim versus 83 et 85 arcte coniungendos videri supra docui; deinde valde dubitem dispescere versus 101 et 102; porro non recte factum, quod versus 106 et 107 alter servatus alter omissus est, de quo supra monui; denique versus 112 et 113 (Gebaueri vers. 110 et 111) vix intelligas quid habeant quod potius versibus 92 et 93, quam proxime praecedentibus respondeat. Omitto quod Gebauerus, quum in tertia carminis parte ubique praeter extremum versum exterminaverit alteram ephymniorum speciem, substituerit priorem, suo magis ipsius ingenio indulsisse quam testato ut cum maxime poetae consilio obtemperasse videtur. — Postremo dicendum de vicissitudine versuum ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς et ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς. Dixi iam illud πάλιν agnosci a scholiasta ad versum 84; libri praeter versus 64 et 70, qui consentientes in voce φίλαι habent codices, ubique differunt alii φίλαι, alii πάλιν, alii aliquoties utrumque, alii alterum correctum praebentes, ita ut hac quoque in parte proprio Marte sit res profliganda. Proinde liceat, quoniam cupio in hac re iam defungier, eam hic proponere carminis descriptionem qualem profectam esse a Theocrito mihi verisimile visum est.

Ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς·
65 Mein. Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας καὶ Θύρσιδος ἁδ' ἁ φωνά.

Πᾶ ποκ' ἄρ' ἦσθ', ὄκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾶ ποκα νύμφαι;
ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα ἢ κατὰ Πίνδω;
οὐ γὰρ δὴ ποταμῶ γε μέγαν ῥόον εἴχετ' Ἀνάπω
οὐδ' Αἴτνας σκοπιὰν οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.
70 ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,
72 τῆνον χὡκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα·
74 πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,
75 πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο.
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

Ἦνθ' Ἑρμᾶς πράτιστος ἀπ' ὤρεος, εἶπε δέ· Δάφνι,
78 τίς τυ κατατρύχει, τίνος ὠγαθὲ τόσσον ἔρασσαι;
80 ἦνθον τοὶ βοῦται, τοὶ ποιμένες, ᾠπόλοι ἦνθον,
81 πάντες ἀνηρώτων τί πάθοι κακόν; ἦνθ' ὁ Πρίαπος·
79 ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

82 κἤφα· Δάφνι τάλαν, τί νυ τάκεαι; ἁ δέ τυ κώρα
83 πᾶσας ἀνὰ κρᾶνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται
85 ζατοῖσ'· ἆ δύσεριώς τις ἄγαν καὶ ἀμήχανός ἐσσι.
86 βούτας μὰν ἐλέγευ, νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας.
84 ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

87 Ὡιπόλος ὅκκ' ἐςορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται,
τάκεται ὀφθαλμὼς ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο.
καὶ τὺ δ' ἐπεί κ' ἐςορῇς τὰς παρθένος οἷα γελᾶντι,
90 τάκεαι ὀφθαλμὼς ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις.
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

Τὼς δ' οὐδὲν ποτελέξαθ' ὁ βουκόλος, ἀλλὰ τὸν αὐτῶ
ἄνυε πικρὸν ἔρωτα καὶ ἐς τέλος ἄνυε μοίρας.
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς,

95 Ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ Κύπρις, ἦνθε γελᾶσα,
ἅσυχα μὲν γελάοισα βαρὺν δ' ἐνὶ θυμὸν ἔχοισα,
κἦπε· τύ θην τὸν Ἔρωτα κατεύχεο Δάφνι λυγιξεῖν·
ἦ ῥ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

100 Τὰν δ' ἄρα χὡ Δάφνις ποταμείβετο· Κύπρι βαρεῖα,
Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής,
ἤδη γὰρ φράσδη πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν;
Δάφνις κὴν Ἀΐδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι.
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

105 Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βουκόλος; ἕρπε ποτ' Ἴδαν,
106 ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν· τηνεῖ — — — — —
107 — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — —
108 ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

Ὡραῖος χὤδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει
110 καὶ πτῶκας βάλλει καὶ θηρία πάντα διώκει.
112 αὖτις ὅπως στασῇ Διομήδεος ἆσσον ἰοῖσα
καὶ λέγε· τὸν βούταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι.
ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι πάλιν, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.

115 Ὦ λύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀν᾽ ὤρεα φωλάδες ἄρκτοι
χαίρεθ᾽· ὁ βουκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις οὐκέτ᾽ ἀν᾽ ὕλαν,
οὐκέτ᾽ ἀνὰ δρυμώς, οὐκ ἄλσεα· χαῖρ᾽ Ἀρέθοισα
καὶ ποταμοί, τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ δύβριδος ὕδωρ.
119 ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.

120 (vulg. 123) Ὦ Πὰν Πάν, εἴτ᾽ ἐσσὶ κατ᾽ ὤρεα μακρὰ Λυκαίω
εἴτε τύ γ᾽ ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ᾽ ἐπὶ νᾶσον
τὰν Σικελάν, Ἑλίκα δὲ λίπε ῥίον αἰπύ τε σᾶμα
τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγατόν.
λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἴτε λήγετ᾽ ἀοιδᾶς.

125 (128) Ἔνθ᾽ ὦναξ καὶ τάνδε φέρ᾽ εὐπάκτοιο μελίπνουν
ἐκ κηρῶ σύριγγα καλὰν περὶ χεῖλος ἑλικτάν·
127 (130) ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ᾽ ἔρωτος ἐς Ἅϊδος ἕλκομαι ἤδη
129 (120) Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων,
130 (121) Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων.
131 (131) λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἴτε λήγετ᾽ ἀοιδᾶς.

Νῦν δ᾽ ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ᾽ ἄκανθαι,
ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ᾽ ἀρκεύθοισι κομάσαι,
πάντα δ᾽ ἔναλλα γένοιτο καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι,
135 Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει, καὶ τὼς κύνας ὥλαφος ἕλκοι
κἢξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.
λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἴτε λήγετ᾽ ἀοιδᾶς.

Χὼ μὲν μὲν τόσσ᾽ εἰπὼν ἀπεπαύσατο· τὸν δ᾽ Ἀφροδίτα
ἤθελ᾽ ἀνορθῶσαι, τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπη
140 ἐκ Μοιρᾶν, καὶ Δάφνις ἔβα ῥόον· ἔκλυσε δίνα
τὸν Μοίσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ νύμφαισιν ἀπεχθῆ.
λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἴτε λήγετ᾽ ἀοιδᾶς.

PART 2

MEMORIAM ANNIVERSARIAM

DEDICATAE

ANTE HOS CCCXXII ANNOS

SCHOLAE REGIAE AFRANAE

D. VI. IUL. MDCCCLXV.

H. L. Q. C.

PIE CELEBRANDAM

INDICIT

FRIDERICUS FRANKE

DR. PHIL. ILLUSTRIS AFRANEI RECTOR ET PROFESSOR I. ORD. REG. SAX. ALB. EQUES.

OTTONIS KREUSSLERI *Observationum in Theocritum particula altera.*

MISENAE,
EX OFFICINA C. E. KLINKICHTII ET FIL.
MDCCCLXV.

Theocriti
Carmen XVI.

Vers. 5. *Τίς γὰρ τῶν ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἀῶ*
ἡμετέρας Χάριτας πετάσας ὑπόδεξεται οἴκῳ
ἀσπασίως;

Apparet non hoc voluisse dicere poetam „a dis celebrandos esse deos, homines ab hominibus; neque enim esse in orbe terrarum qui Gratias poetae tecto suo recipiat“; sed ista verba *τίς γάρ* sic esse posita ut particula notam illam in interrogatione vim impatientiae cupidaeque exspectationis habeat: *quisnam Gratias meas laete excipiet?* Quasi dicat *quis tandem, etenim scire aveo, recipiet?* ut XXII 68 *τίς γάρ, ὅτῳ χεῖρας — — συνερείσω:* et Bion I 60 *τί γὰρ τολμαρὲ κυναγεῖς;* et sine vocabulo interrogativo I 102. V 5. At haec ipsa notio parum convenire huic loco videtur. Primum enim illa animi quam dixi cupiditas in tali quidem re minime apta est; deinde offendit non satis cohaerens cum praecedentibus oratio; denique id, quod maxime requiritur ut dicatur, non est expressum: *ego quidem cum Gratiis meis venio, sed nemo eas recepturus est.* Id autem dicendum erat eo modo quemadmodum dudum monuit Wartonus *τίς δ' ἄρα τῶν ὁπόσοι κτλ.* Qua in sententia ut *γάρ* non aptum erat, ita *ἄρα* particula suum locum habet hoc fere sensu: *quis autem, quod quis exspectet, accipiet nos?* Itaque non dubitandum videtur de veritate Wartoni coniecturae nisi quod credibile est, librorum scripturam ortam esse potius ex hac *τίς δ' ἂρ τῶν ὁπόσοι κτλ.* Homerum quoque videmus formam particulae decurtatam non solum propter sequentium literarum necessitatem admittere, veluti *τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν* vel *ξεῖν' ἐπεὶ ἂρ δὴ ταῦτά μ' ἀνείρεαι*, quod item fecit Theocritus XXV 45 *εἰ δ' ὁ μὲν ἂρ κατὰ ἄστυ μένει*, XXII 144 *Λυγκευς δ' ἂρ μετέειπεν·* sed liberius ea uti ubi aurium iudicio aptior videretur, Il. VI 352 *τούτῳ*

δ' οὔτ' ἄρ νῦν φρένες ἔμπεδοι, similiterque Apollonium Rhodium II, 669 *ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω φάος ἄμβροτον*. — Sed admonent haec loci pari vitio laborantis. Etenim carmine XXII postquam poeta immanem illam Pollucis et Amyci decertationem accurate descripsit, quis non praecipitem iudicet intervenire interrogationem hanc *πῶς γὰρ δὴ Διὸς υἱὸς ἀδηφάγον ἄνδρα καθεῖλεν;* tanquam si quis, moleste ferens longiorem pugnae descriptionem, incidat sermonem increpando *quisnam finis erat pugnae?* Quod quam inurbane fieret, sensit scholiasta codicis Parisini qui, quum *γάρ* per *δέ* explicaret, haud dubie non interrogativum illud *γάρ* explicare voluit. At id ipsum per quod poetae ut sibi videtur scripturam explicat, flagitat orationis tenor, ut restituendum sit Theocrito *πῶς δ' ἄρ δὴ Διὸς υἱὸς ἀδηφάγον ἄνδρα καθεῖλεν;* coniunctis particulis quas easdem in interrogatione copulavit Homerus Il. XIII 446 *ἦ ἄρα δή τι ἐΐσκομεν ἄξιον εἶναι Τρεῖς ἑνὸς ἀντὶ πεφάσθαι;*

Vers. 10. *Ὀκνηραὶ δὲ πάλιν κενεᾶς ἐν πυθμένι χηλοῦ*
ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι.

Praetulerunt hanc nonnullorum librorum scripturam Ahrensius et Meinekius olim receptae *κενεᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλοῦ*, quae per se bona meliorumque codicum auctoritate et scholiastae Parisini testimonio comprobata cessit ei quae Hesiodeo exemplo op. 369 (367) *δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ* commendari videretur. Quamquam miror non pressius secutum esse Theocritum scribendo *κενεᾶς ἐνὶ πυθμένι χηλοῦ*. Res per se levis est et fortasse ex sola codicum fide pendens. Sed sunt tamen, quae si attendantur ex probabili iudicari possit. Ac primum videndum, num poeta in tam brevi verborum comprehensione easdem praepositiones diversa ratione positas maluerit repetere quam quum facile posset variare. Nam quum nihil plane offensionis habeat, immo usitatissima sit repetitio praepositionum talis qualis haec *ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα ἢ κατὰ Πίνδω* vel *τὺ δ' ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις Ἁδὺ μελισδόμενος κατακέκλισο* vel IX 18 *ὧν μοι πρὸς κεφαλᾷ καὶ πρὸς ποσὶ κώεα κεῖται*, quo loco praepositionis anaphoram expulsa minus grata variatione *πρὸς κεφαλᾷ καὶ πὰρ ποσί* restituit Ahrensius; neque etiam aegre feras eiusmodi orationem *τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα Ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας* II 55; dubito tamen an elegantiores linguae graecae auctores abstinuerint a tali verborum conformatione *ἐν δὲ θέρει πυμάτοισιν ἐν Αἰθιόπεσσι νομεύοις*, pro quo VII 113 sic est *πυμάτοισι παρ' Αἰθιόπεσσι*. Certe cum hoc loco propter intervallum non possunt comparari illa *ἁ δ' ἐπὶ πήρᾳ Πάντα δόλον κεύθοισα τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνησεῖν Φατὶ πρὶν ἢ ἀκρατισμῷ ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ*, uti nunc locum varie tentatum restituit Arminius Fritzsche. Propius ad similitudinem accedunt *καί μ' ἐςιδὼν ὥστοργος ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας, Ἕζετ' ἐπὶ κλιντῆρι καὶ ἑζόμενος φάτο μῦθον* II 112; sed habent haec quoque ingratae repetitionis lenimentum interpunctionem alterum ab altero versu paululum remorantem. Magis tolerandum ut in tali poeta quam

laudandum est quod scripsit Moschus IV 96 *ὡς ἐπὶ μισθῷ Τάφρον τηλεθάοντος ἐπ' ἐσχατιῇ τινος ἀγροῦ* *). — Deinde observandum hoc est, in Theocrito paucos numero locos esse, ubi pleniores praepositionum formas *ἐνί* et *ποτί* metrum admittat, libri autem manuscripti exhibeant breviores. Et alterius quidem praepositionis forma pleniore uno tantum loco, ubi per metrum poterat adhiberi, abstinuit XXII 22 *ἄγριος εἶ πρὸς πάντα*, quamquam eodem carmine 182 scriptum est *ποτὶ γαῖαν*, ut dubium sit, scripseritne poeta vel *ἄγριος εἶ ποτὶ πάντα* vel *πρὸς ἅπαντα* ut *πρὸς ἀῶ* XVIII 55 (*πρὸς ὅντινα, πρὸς Εὐρυσθῆα* Mosch. IV 50. 123); nam ante vocales quantum libri fidem praestant promiscuus harum formarum usus fuisse videtur, veluti *πρόςοδος* et *ποθέσπερα, προσιόντες* et *ποτενθεῖν, προςελέξατο* et *ποτελέξατο, προςέειπε* et *ποταμείβετο, ποταῷον* iuxta *πρὸς ἀῶ* quod modo posui, unicum tamen apud Theocritum huius generis exemplum; nam XXV 31 nunc legitur ex codicibus *μέχρις ἐπ' ἐσχατιάς*, ubi antea legebatur *μέχρι πρὸς ἐσχατιάς*. In reliquis locis ubi *πρός* comparet, versus ratione flagitatur V 93. IX 18. XXII 22. 165. XXV 60. 268 et in verborum compositione *πρόςπτυξαι, προςμάξῃ, προςπνείει* III 19. XII 32. XVII 52. — De *ἐν* praepositione sic se habet; primo versus pede pleniorem formam ex paucis libris restituit Ahrens III 40 *μᾶλ' ἐνὶ χερσὶν ἑλών*, ubi Meinekius servavit reliquorum *μᾶλ' ἐν χερσὶν ἑλών*, XVIII 33 omnes libri praebent *οὔτ' ἐνὶ δαιδαλέῳ*, nisi quod incerta scriptura est codicis D. *οὔτ' ἐπὶ δαιδαλέῳ·* brevior forma eo loci est apud Mosch. IV 118 *ὡς ἐν γῇ λελίαστο*. Altero pede semel invenitur X 53 *τὸν τὸ πιεῖν ἐγχεῦντα*, quamquam *ἐνιχεῦντα* aliquando dictum esse omnino non est credibile. Tertio pede nusquam praepositio apparet nisi in his Bionis *πορφυρέοις* et *μαλακοῖς ἐνὶ φάρεσι* I 3. 72 et Moschi *γλαυκοῖς ἐνὶ κύμασι, τηλυγέτῃ ἐνὶ δώμασι* III 40. IV 79; quartum denique occupat brevior forma cogente metro XXIV 112 *ἔχων ἐν στήθεσι θυμόν*, non cogente I 14 *ἐν τῷδε νομευσῶ*, XXII 146 *γυμναὶ δ' ἐν χερσὶ μάχαιραι* et apud Moschum II 33 *ἔχον δ' ἐν χερσὶν ἑκάστη*. Dubitationem tamen aliquam de his movent ii loci, in quibus librorum discrepantia suspicionem movet, non temere circa haec poetam eiusque sectatores versatos sed certam rationem secutos esse; nam apud Moschum IV 32 pro eo quod vulgo legebatur *φίλαις ἐπὶ χερσὶ τοκῆες* nunc Ahrensius ex uno codice restituit *ἐνὶ χερσί*, et ad eandem rationem

---

*) Quam subtilis in eiusmodi rebus Latinorum quoque auctorum fuerit sensus, considerandi fecit occasionem recens editio Trinummi Plautini. Quem enim huius fabulae versum 256 constituit Iulius Brix V. D. *haec ego quom cum animo meo reputo*, is vereor ut propter vocularum *quom cum* concursum ferri possit. Asperum eum iudicasse bonos scriptores tum haec monent Ciceronis exempla *ille miser quum esset quum proditione tum improbo testimonio* Verr. I 15, 41; *cum multis lacrimis quum oraret* II 17, 42; *cum consilio cognita caussa quum comperisset* II 23, 57; *qui quum eo cum apparitoribus venisset* III 27, 67; *cum hoc quum esset una* pro Mil. 14, 37; *cum Democrito quum locutus sum* ad Att. VI 1, 13; tum acuta Tischeri observatio ad Cic. Tusc. IV 6, 13.

iudicandi sunt hi loci XXII 9 ubi plerique libri tuentur *χαλεποῖς ἐνέκυρσαν ἀήταις*, et XXIII 51 ubi in Aldina altera id quod ceteri libri habent *βρόχον δ' ἔβαλλε τραχήλῳ* recte correctum videtur *βρόχον δ' ἐνέβαλλε τραχήλῳ* *); sed utroque loco Ahrensio *ἔγκυρσαν* et *ἔμβαλλε* scribenti placuerunt graviores numeri contra quam Theocrito XVII 106 *δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσός* et XXIV 27 *βαρεῖ ἐνεδήσατο δεσμῷ*, quo nunc accedit I 96 *βαρὺν δ' ἐνὶ θυμὸν ἔχοισα*, uti nunc Fritzschius in novissima editione restituit. — Quae omnia si quid habent probabilitatis, suadent ut Theocritum *κενεᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλοῦ* consilio scripsisse credamus.

Vers. 13. *Τίς τῶν νῦν τοιόςδε; τίς εὖ εἰπόντα φιλησεῖ;*

Sic editiones habent, quae quo modo et explicanda et interpungenda essent, monuerat Fr. W. Schneidewinus ad Sophoclis Oed. R. 1493. Etenim *τοιόσδε* quis intelligatur quum in praecedentibus non sit indicatum, apparet proximum enunciatum non novi quid, sed prioris sententiae continere explicationem, vividius prolatam redintegrata interrogatione quam si scriptum esset *τίς τῶν νῦν τοιόςδ', ὅτις εὖ εἰπόντα φιλησεῖ;* Itaque medius versus leniore distinctione incidendus erat.

Vs. 18. *ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται 'ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνάμα.'*

Haec quae sic ın editionibus leguntur non habent quo quis haereat; adeo apta ad rem et clara ad sensum sunt verba paulum immutatum exhibentia notum proverbium *γόνυ κνήμης ἔγγιον*, vid. Arist. eth. Nic. IX 8, 2. Ath. IX p. 383 B et in corpore paroemiographorum Zenobius III 2 t. I p. 57. Diogenian. III 78 p. 229. Gregor. Cypr. I 96 p. 358 et ex cod. Mosq. II 50 t. II p. 106. Apostolius V 59 t. II p. 351. Suid. s. v. *γόνυ* et brevius in epistola Ciceronis ad Tironem XVI 23, 2 *γόνυ κνήμης*. Sed mirum tamen quod quamvis simplex et dilucida sit ista proverbialis sententia, obscurata tamen legitur in plerisque codicibus *ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνάμας* sive *κνήμας* sive *κνήμης*, quod ultimum in suo exemplari invenit Arsenius paroem. p. 600 Leutsch. Sed magis etiam mirum est, quod vetus scholiasta postquam sensum proverbii explicavit haec addit *ἐνήλλακται δὲ ἡ παροιμία, εἰ λεχθήσεται χωρὶς ὑποδιαστολῆς. ἔδει γὰρ οὕτως εἰπεῖν· πορρωτέρω κνήμη γόνυος. εἰ δὲ μετὰ ὑποδιαστολῆς, οὐκ ἐνήλλακται.* Quae quid sibi velint, non satis se perspexisse fatetur Ahrensius t. II p. 550 neque ipse habeo quod proferam citra dubitationem. Interim quoniam non sensu cassa scripsisse existimandus est scholiasta, tentandum aliquid putavi. Quid si legebatur olim in quibusdam Theocriti exemplaribus *ἀπωτέρω ἦ γόνυ κνάμας; ecquid genu remotius crure?* ut dicerent illi poetarum contemptores „quid vis? ignotumne tibi istud quod aiunt genu remotius crure?" Quemadmodum v. c. Philto Plautinus in Trin. II 2, 67 communem sententiam

*) Similis librorum defectus XXIII 16 *λοίσθιον οὐκ ἔνειχε τόσαν φλόγα* nescio an rectius sic sarciatur *λοίσθιον οὐκέτ' ἔνειχε* quam quo modo in editionibus *οὐχ ἤνειχε*.

interrogatione magis acuit et quasi inculcat *de magnis divitiis si quid demas, plus fit an minus?* Quae orationis forma in causa erat, cur et immutatum diceretur ab scholiasta proverbium et nulla subdistinctio locum habere videretur. Contra si non mutatur vulgaris proverbii forma, est secundum scholiastam subdistinctio haec, opinor: *ἀπωτέρω, ἢ γόνυ, κνάμα.* Quum autem in scholio Genevensis libri legitur *ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμας] παροιμία ἐστί πορρωτέρω τὸ γόνυ τῆς κνήμης*, vix dubium est quin doctus interpres sane legerit *ἀπωτέρω ἦ γόνυ κνήμας*, sed asseverationem statuerit non interrogationem *). — Ceterum quamvis sit incredibile, istam lectionem profectam esse ab ipso Theocrito, tamen ne quis argumentum petat ex postposita particula interrogativa vel affirmativa, obstat posteriorum poetarum antiquum usum evagata licentia, cum Theocriti IV 58 *τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει Τήναν;* et Bionis VII 14 *λαθόμεθ' ἦ ἄρα πάντες*, tum aliorum, vid. Otto Schneider Philol. XX p. 146 et ad Nic. al. 82. Köchly ad Quint. Smyrn. IV 37.

Vs. 24. *Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾶ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν,*
πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι κτλ.

Quum poetarum paulo post rursus fiat mentio et poeta per gradus ad eos tanquam summos accedere debuisse videretur, displicuit plerisque interpretibus eorum anticipata commemoratio; quale autem hominum genus substituendum iudicarent, ea res varie exercuit virorum doctorum ingenia. Passovius coniecit *ἀϊτέων*, Hermannus *ἀόζων*, Wordsworthius *ὀπαδῶν*, Bergkius *δοῦν αἰδοίων*, Ahrensius *ἀοίκων*. Meinekius denique *ἑταίρων*. Quorum si unum optandum esset, praeferrem quod extremo loco posui quum propter simile dictum XVII 110 *πολλὸν δ' ἰφθίμοισι δεδώρηται βασιλεῦσιν, Πολλὸν δὲ πτολίεσσι, πολὺν δ' ἀγαθοῖσιν ἑταίροις*, tum considerans non rara tantum vocabula obliterari notioribus, sed aliquando vulgaria et nota inter se confundi mera librariorum neglegentia. Sic ut exemplum ponam in his VII 35 *ἀλλ' ἄγε δή — ξυνὰ γὰρ ὁδὸς*

*) Congeram hic quae in scholiis et glossis huius carminis non recte scripta esse mihi videntur. Vs. 1 glossa *ποιήμασι* explicat lectionem *ἀοιδαῖς*, non *ἀοιδοῖς*. — Vs. 20 lege *οὐ δεῖ οὔτε σοῦ οὔτε ἄλλου* pro *οὐδὲ — οὐδέ*. — Vs. 35 *τοὺς δουλεύοντας τῶν ἐλευθέρων*. Lege *τῶν πρότερον ἐλευθέρων*, ut est apud Theopompum, quem laudat Ahrensius p. 550. — Vs. 36 *καὶ Σιμωνίδης ἐν θρήνοις* solemni confusione scriptum est pro *ὡς Σιμωνίδης ἐν θρήνοις*. — Vs. 56 *πονηρός*. Voluit ni fallor *πόνηρος, miser, vexatus, tristis*. — Vs. 62 *διειδέϊ] γλυκύ*. Haec glossa pertinet ad vocabulum *ἀγαθόν* versus 58. — Vs. 69 *λέγω σὺν Μούσαις* pertinere videntur ad *ἐγώ* vs. 66. — Vs. 74 *ἐκεῖνος ὁ σωηρ ὅσον ἢ Ἀχιλλεὺς ἢ ἄλλοι*. Lege *οὗτος ἀνήρ] ἐκεῖνος ὁ ἥρως. ἢ Ἀχιλεὺς ὅσσον] ὅσον ἢ Ἀχιλλεὺς ἢ ἄλλοι*. — Vs. 83. Lege *πολυκλήρων] πολυκτημόνων ἢ τῶν πολλοὺς κλήρους ἐχόντων. Ἐφυραίων] Συρακουσίων*. — Vs. 93 *λέγεται ἀπὸ τοῦ εἰς κενὸν ἕπεσθαι ταῖς βουσίν*. Lege *εἰς κοῖτον*. — Vs. 100. *Βαβυλωνίαν* glossa pertinet ad *πλατὺ τεῖχος* versus 99 et significat *Βαβυλῶνα* ut in vetere scholiasta versuum 76 et 86 *Καρχηδονίαν* i. q. *Καρχηδόνα*.

ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς — Βουκολιασδώμεσθα nondum mihi persuadere potui, veram hanc esse omnium librorum scripturam. Nihil lucis afferunt scholia, parum glossae quibus *ἀώς* explicatur *ἡ ἡμέρα*, quam explicationem si ulla est adoptavit Valckenarius *via nobis communis ut ipse dies.* Quasi fieri possit ut una peregrinantes non habeant communem diem aut dies non communis sit omnibus qui ubique una vivunt. Quid hoc ad rem? Ne commemorem quam apte *aurora* dies dici potuerit iis qui ipso meridie iter faciebant. Immo hoc dicere oportebat eos quibus cantare itinere in animo erat, commune iter invitare ad una cantandum. Nimirum commutata sunt vocabula *ἀώς* et *ᾠδά*, quod alterum vel particula *καί* commendatum non debebat spernere Valckenarius, non reliqui commentatores. Addere liceat aliud similis corruptionis exemplum ex Sophocle. Quae enim vulgo leguntur in Antigona 1219 *τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν Ἠθροῦμεν*, ea non dubito quin simplici modo ad integritatem restitui possint, si sic legimus *τάδ' ἐξ ἑτοίμου δεσπότου κελεύσμασιν Ἐδρῶμεν.* Confusio orta est ex recordatione praecedentis *ἀθρήσατε* vs. 1216*). — Sed ut redeam unde abii, concedendum sane videtur, non

*) In transcursu liceat de paucis aliis huius fabulae locis meas proferre qualescunque opiniones. Vs. 138 sic emendem *ἀλλ' εἶχεν τὰ μὲν ἄλλᾳ, Ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπενώμα κτλ.*, *verum haec quidem aliter cadebant* i. e. Capaneus quum furioso impetu grassaretur, excidit spe et successu (*ἐπὶ γᾷ πέσε ταντταλωθείς*), *alia aliis insuper mala attribuit Mavors.* Tum antistropha sic constituenda erit *ἐκ μὲν τῶν πολέμων Νῦν δὴ θέσθαι λησμοσύνην, Θεῶν ναοὺς δὲ χοροῖσιν Παννυχίοις πάντας ἐπέλθωμεν.* — Vs. 1165 fortasse sic legendum *τὰς γὰρ ἡδονάς Ὅταν προδῷ τις, ἄνδρ' ἐγὼ οὐκ ἐτητύμως Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.* Et *ἄνδρα* quidem Eustathius legit; similiter autem Euripides Heraclid. 1000 *εἰδὼς μὲν οὐκ ἀριθμόν, ἀλλ' ἐτητύμως Ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα.* — Vs. 1300 sic perficienda videtur coniectura Arndtii *ἡ δ' ὀξυθήκτῳ βωμία περὶ ξίφει Πεσοῦσα κλήει βλέφαρα.* — Vs. 1342 malim *οὐδ' ἔχω Πᾷ καὶ πρὸς πότερον ἴδω· πάντα γὰρ κτλ.* *Ὅπᾳ* glossatori debetur, *θῶ* errori. — Denique praeterire non possum falsam Schneidewini de versu 1186 opinionem, fores apud veteres Graecos foras revolvi, non intus solitas. Contrarium usum obtinuisse tum ea demonstrant quae exposuit Adolphus Beckerus in Charicle II p. 108 ed. II, tum prodere videntur verba carminis XXIII 53 *ὁ δ' αὖτ' ὤϊξε θύρας καὶ τὸν νεκρὸν εἶδεν Αὐλᾶς ἐξ ἰδίας ἠρτημένον.* Nam ex foribus se suspendisse infelicem amatorem, quum ex ipsa apertae ianuae commemoratione verisimile est, tum declarant versus 49 sqq., valde illi quidem corrupti nec opinor solis verborum mutationibus in integrum restituendi; nam unum alterumve versum excidisse vix dubitari potest. Et *εἶλεν* quidem non sollicitaverim, sed sic interpreter: apprehendit lapidem non quem tolleret sed quem ambabus manibus ita collocaret, ut eum annitendo (*ἐρεισάμενος*) provolvere ad murum posset. Hinc tale quid olim scriptum fuisse coniicio *ὧδ' εἰπὼν λίθον εἶλεν, ἐρεισάμενος δ' ἐπὶ τοίχῳ ἄχρι μέσων οὐδῶν ὠσάσκετο.* In iis quae exciderunt nomen videtur locum habuisse quo referretur *ἀπ' αὐτῶν*; proxima autem verba *τὰν λεπτὰν σχοινῖδα* credo non ex verbo *ἐνέβαλλε* suspensa esse, quod voluit Meinekius, sed ex praecedenti *ἅπτεν ἀπ' αὐτῶν.* Sed incerta haec et vaga praestat concludere certa aliqua quae ad fores spectat coniectura. Nam quae adhuc leguntur in Polemonis oratione II § 62 *αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι δεξιαὶ τῶν στρατιωτῶν πρὸ τῶν ἱερῶν θυρῶν ἔμειναν ὑπὸ σπάρτων ἐχόμεναι ἐν τῷ τῆς λαβῆς σχήματι*, ea patet sic corrigenda esse *ἐπισπαστήρων ἐχόμεναι.*

potuisse Theocritum ita poetarum mentionem iterare, ut seriem temere interrumperet. Nihilo minus verba ut vulgo scripta sunt defendi posse existimo levi concessa mutatione. Duas enim quasi classes hominum videtur opposuisse genti Mercurialium virorum; primum indulgendum esse dicit sibi cuique ipsi, tum vero etiam poetae; deinde condonandum esse aliquid et aliis hominibus quum cognatis tum reliquis, nec non dis larga sacra esse facienda, et hospites liberaliter excipiendos, at vero plurimum honoris deberi Musarum interpretibus. Hoc modo non inepta fit duplex poetarum commemoratio; sed duo illa quae poetis opponuntur genera puto aliquo modo fuisse seiungenda, ut ne uno omnia tenore legerentur. Efficitur autem hoc deleta continuationis indice particula *δέ* positaque post *ἀοιδῶν* maiore interpunctione:

ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν·
πολλοὺς εὖ ἔρξαι παῶν, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλων
ἀνθρώπων κτλ.

Vs. 44. *Εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήϊος αἰόλα φωνέων.*

Quoniam ita et Meinekius et Ahrensius, gravissimi in his literis duumviri, ediderunt, non ingratum erit auditu, quid Godofredus Hermannus, praeceptor olim meus dilectissimus, quem laudare pro tenuitate ingenii mei non valeo, pia colere recordatione et veneratione dum spiritum hunc duco et debeo et volo, in scholis publicis aestivis anni MDCCCXXXII de hoc loco iudicaverit „*δεινός* videtur ex codicibus corrigendum esse in *κεῖνος*; nam hic nulla caussa dicendi, quo pacto ille poeta excelluerit. Illud tum demum recte diceretur, si esset sermo de poeta in tali quadam re quae aliquam vim ingenii requireret eximio". Nimirum *δεινός* si scripsisset Theocritus, nescio an sibi obfuisset. Nam „ille quidem Simonides, dixerit aliquis, magnus poeta erat et iure meritoque utebatur munificis patronis Scopadis et Cleondis; tu vero qualem te iudicas esse quod munera expostulas?" Aut igitur omnes poetas non tam *σοφούς*, ut fas est, sed *δεινούς* oportuit dicere, quod non licebat, aut se parem nuncupare Simonidi adeoque Homero, quod non debebat. Itaque ii libri veram praestant lectionem, in quibus *εἰ μὴ κεῖνος ἀοιδὸς ὁ Κήϊος.* Non mirum autem, fuisse qui *κεῖνος* illud nimis tenue crederent scriberentque alii *δεινός* quod Hermogenes in libro invenit suo, alii *θεῖος* quod eius Scholiasta t. VII 2 p. 1084 testatur: *ἰστέον, ὅτι ἐν τοῖς νῦν φαινομένοις Θεοκριτείοις εἰ μὴ θεῖος ἀοιδός γέγραπται.* Sed *κεῖνος* ipsum quoque ex antiquitate testatum habemus. Nam Ioannes Siceliota sive Doxopater t. VI p. 451 *διὸ τάχ' ἂν* inquit *οὐδὲ ἐγνώσθησαν (Κρεῶνδαι), εἰ μὴ ἐκεῖνος ἢ οὓς ἐκεῖνος. τὸ ὅλον δέ εἰ μὴ κεῖνος ἀοιδὸς ὁ Κήϊος αἰόλα φωνέων καὶ τα ἑξῆς. τὸ δεινός οὐ πρόςκειται αὐτῷ ἐν τῷ ᾄσματι. ἴσως δὲ ἦν εἰ μὴ Κεῖος ἀοιδός.* Quae partim corrupta partim inepta sunt. Et extrema quidem Doxopatri esse non possunt; sed sunt haud dubie scribae, qui corrupta haec *εἰ μὴ ἐκεῖνος ἢ οὓς ἐκεῖνος* correxit ut potuit, nec male tamen. Videntur

enim in corruptis verbis haec latuisse *διὸ τάχ' ἂν οὐδὲ ἐγνώσθησαν, εἰ μὴ ἐκεῖνος ὁ ἀοιδὸς ὁ Κεῖος* (iam excidit verbum quale *ἐγνώρισεν*)· *τὸ ὅλον δὲ κτλ.*

Vs. 60. *Ἀλλ' ἴσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ᾀόνι κύματα μετρεῖν,*
ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ. —

Quae altero horum versuum leguntur aut corrupta esse censet Meinekius aut fortasse ita explicanda ut *κύματα μεθ' ἁλός* sint *undae in mari* i. e. marinae. Sed neque Euphorionis exemplum quo probat hanc explicationem fr. 39, 4 mihi certum videtur, et Theocritum simplicius puto scripturum fuisse hunc in modum *ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε πολυφλοίσβω ἁλὸς ὠθεῖ*, ut genitivus penderet ex pronomine *ὅσα*, quae dicendi ratio haud rara est, veluti Od. I 327 *ὁ δὲ νόστον ἄειδεν Λυγρόν, ὃν ἐκ Τροίης ἐπετείλατο Παλλὰς Ἀθήνη.* Soph. OC. 354 *μαντεῖ' ἄγουσα πάντα — Ἃ τοῦδ' ἐχρήσθη σώματος* et 1411 *καὶ σφῷν ὁ νῦν ἔπαινος, ὃν κομίζετον Τοῦδ' ἀνδρός.* Eur. Bacch. 1201 *τήνδ' ἄγραν, Κάδμου θυγατέρες θηρὸς ἣν ἠγρεύσαμεν.* Theocr. III 22 *τὸν στέφανον τῖλαι — — Τόν τοι ἐγὼν Ἀμαρυλλὶ φίλα κισσοῖο φυλάσσω.* Herod. I 69 *ἐς ἄγαλμα τοῦτο, τὸ νῦν — — ἵδρυται Ἀπόλλωνος* et 77 *τὸν δὲ παρεόντα στρατόν, ὃς ἦν αὐτοῦ ξεινικός.* Lys. or. XXV § 9 *εἰσὶ δὲ οἵτινες τῶν Ἐλευσῖνάδε ἀπογραψαμένων ἐξελθόντες μεθ' ὑμῶν ἐπολιόρκουν τοὺς μεθ' αὐτῶν.* Dem. p. 38, 25 *μὴ παραχωρεῖν τῆς τάξεως, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι τῆς ἀρετῆς κατέλιπον* et quae alia exempla congessit Krügerus gramm. Graec. § 47, 9, 5; similiterque apud Latinos, Cic. Phil. I 3, 7 *cum Brundisium iterque illud, quod tritum in Graeciam est, vitavissem.* — Verum tamen nihil mutandum esse arbitror, quoniam ab ingenio illius aetatis poetarum non abhorrere videtur, ut ventum et mare quasi coniunctis viribus undas ad litus propellere dicant. Hunc enim sensum subiicio verbis his *κύματα ὅσα ἄνεμος μεθ' ἁλὸς χέρσονδε ὠθεῖ.*

Carmen XXII.

Vs. 8. *Ναῶν θ', αἳ δύνοντα καὶ οὐρανοῦ ἐξανιόντα*
ἄστρα βιαζόμεναι χαλεποῖς ἐνέκυρσαν ἀήταις.

Sic libri. Quam lectionem ita emendarunt VV. DD. ut vitii origo non appareret; apparet restituta ea syllaba, quae quoniam per metrum omitti poterat factum est, quod saepe, ut plane excideret. Etenim sic scripsisse videtur Theocritus *ναῶν θ' αἳ δύνοντα κατ' οὐρανοῦ ἢ 'ξανιόντα.* Ea crasis neque per se incommoda neque aliena a Theocrito censenda est, qui praeter frequentatum illud *ἢ οὐ* vel *ἢ οὐ* (V 120. XXIV, 38. Mosch. IV 65) et *ἢ εἰ*, de quo Meinekius ad Theocr. p. 282 ed. III et ad Callim. p. 273, aliquanto fortius ausus est I 51 *φατὶ πρὶν ἢ ἀκρατισμῷ.*

Eandem per se satis lenem medicinam qui adhibuerunt emendando loco Sophoclis qui est OR. 225 *εἰ δ' αὖ τις ἄλλον οἶδεν ἐξ ἄλλης χθονός Τὸν αὐτόχειρα, μὴ σιωπάτω*, ii sive scripserunt *ἢ 'ξ ἄλλης χθονός* sive *ἢ 'ξ ἄλλης χερός* vereor ut omnes emendandi numeros expleverint. Nego enim iuste opponi alium et eum qui aut peregrinus est aut conducta manu facinus perpetrat; *ἄλλος* enim neque civis vel indigena est — ut ab hac parte non inepte coniecerit Vauvillersius *εἰ δ' αὖ τις ἀστὸν οἶδεν*, nisi quod *ἄλλον* tamen propter praegressa *τοὐπίκλημ' ὑπεξελὼν Αὐτὸς καθ' αὑτοῦ* requiritur ut quod maxime — neque est idem qui *αὐθέντης*, cui recte opponi possit *αὐτόχειρ ἐξ ἄλλης χερός.* Nimirum quid dici oportuerit, satis clare ex ipsa librorum scriptura apparet, in qua non tam quae leguntur mutanda, quam quae non leguntur explenda esse videntur in hunc fere modum: *εἰ δ' αὖ τις ἄλλον οἶδε τῆσδε τῆς χθονός Ἔνοικον εἴτ' ἐλθόντα κἀξ ἄλλης χθονός Τὸν αὐτόχειρα, μὴ σιωπάτω.*

Vs. 58. *Ἄγριος εἶ, πρὸς πάντα παλίγκοτος ἢ ὑπερόπτης.*

Meinekius ex Hemsterhusii coniectura edidit *παλίγκοτος ἠδ' ὑπερόπτης.* Ex Briggsii sententia interrogationis signum extremo versu posuerunt Ahrensius semel inciso post caesuram bucolicam, Fritzschius bis post *ἄγριος εἶ* et post *παλίγκοτος.* Sed habet nescio quid duri et hiulci ista quidem interpunctio, minus displicitura hoc modo *ὧδε ἄγριος εἶ;* Quamquam interrogationem requirere videntur quae sequuntur *τοιόσδ' οἷον ὁρᾷς.* Utrumque consequemur, ut et librorum scriptura servetur et oratio fiat qua ad sensum qua ad numeros apta, si sic distinxerimus *ἄγριος εἶ πρὸς πάντα· παλίγκοτος ἢ ὑπερόπτης; truculentus et ferox es ad omnia* (i. e. *πρὸς τὸ χαίρειν καὶ τὸ θαρσεῖν*); *nescio stomachosus an superbus?*

Vs. 60. *Ἔλθοις καὶ ξενίων γε τυχὼν πάλιν οἴκαδ' ἱκάνοις.*

Quod alterum dicit Pollux, non optare eum sed affirmare oportere intellexit Ahrensius scripsitque *καὶ ξενίων κε τυχὼν πάλιν οἴκαδ' ἱκάνοις.* Sed particula *γὲ* quum suum locum habeat, aegre mutatam velis; ut quaerendum sit scripseritne poeta *κἂν ξενίων γε κτλ.* Non ignoro, alio sensu *κἄν* bis terve poni a Theocrito, vid. Mein. p. 352 et 357, numquam pro *καὶ ἄν* eo sensu quo *κἂν ἐγίγνετο πληγή*, sed ambigo consilio id factum sit an casu.

Vs. 66. *Πυγμάχος ἢ καὶ ποσσὶ θένων σκέλος, ὄμματα δ' ὀρθά.*

Non ausim cum Ahrensio tanti facere Iuntinae auctoritatem, ut *ἅμματα* praeferam reliquorum librorum scripturae *ὄμματα*, quae et optima est ad sententiam et recepta Vaticani libri scriptura *ὀρθός* satisfacit grammaticae structurae. Nam *ὀρθά* non dubito quin ortum sit ex trito librariorum errore, terminationes vocum ad praecedentium similitudinem corrumpentium; nec facile excuses impeditam vulgatae lectionis constructionem exemplo quod Fritzschius excitavit Herodoteo II 41 *τοὺς δὲ ἔρσενας (βοῦς) κατορύσσουσι ἕκαστοι ἐν τοῖσι προαστείοισι, το κέρας τὸ ἕτερον ἢ καὶ ἀμφότερα ὑπερέχοντα.* Is

enim locus et a solutiore dicendi genere Herodoti excusationem habet nec iusta structura plane destituitur propter praecedens *κατορύσσουσι.* *Ὄμματα ὀρθός* autem qualis in luctando intelligatur, apparet ex dispari pugilis habitu, de quo versu 90 *ἐπέκειτο νενευκὼς Ἐς γαῖαν* et 120 *δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς.* — Deinde quod in omnibus libris *θένων* legitur *παροξυτόνως* pronunciandum, quaeritur tantane sit praesentis necessitas, ut huic uni loco imputetur recedens a communi usu forma *θένω* pro ea quam hoc ipso carmine infra 108 legitimam habemus *θείνω.* Mihi quidem Theocritus aoristo *θενών* hic pariter usus esse videtur atque proximis *καταστάς* et *διατεινάμενος,* quo non habitum luxantis proprium, sed primam eius actionem notaret.

Vs. 104. *Μέσσας ῥινὸς ὕπερθε κατ᾽ ὀφρύος ἤλασε πυγμῇ.*

Ad haec Meinekius „verborum, inquit, ordo hic est *κατὰ μέσης ὀφρύος ὑπὲρ ῥινὸς ἤλασε.* Male vulgo *μέσσας* cum *ῥινός* coniungunt, inutili et fere ridiculo nasi epitheto." Neutrum concesserim. Nam quum posset luctator ita ingerere pugnum adversarii naso, latera eius ut pulsaret, hoc loco aliter id factum esse dicitur i. e. mediae supra nares parti frontis ita incussit manum, ut levi flexu incumberet in supercilium. Eamque explicationem adiuvat ipsa verborum collocatio. Paulo aliter Apollonius Rhodius II 107 *τοῦ δ᾽ ἆσσον ἰόντος Δεξιτερῇ σκαιῆς ὑπὲρ ὀφρύος ἤλασε χειρί, Δρύψε δέ οἱ βλέφαρον, γυμνὴ δ᾽ ὑπελείπετ᾽ ὀπωπή.*

Vs. 107. *Ἔνθα μάχη δριμεῖα πάλιν γένετ᾽ ὀρθωθέντος.*

Nescio num me sensus fallat, sed abrupta mihi videtur haec narratio. Nam etsi *ἔνθα* quod ad praecedentia *ὕπτιος ἐξετανύσθη* relatum mire diceretur, explicationem suam habet ex sequenti *ὀρθωθέντος,* tamen eiusmodi participia in epica poesi non tam explanandi causa per necessitatem, sed exornandi gratia per quandam luxuriam ita adduntur, ut nullo sententiae detrimento omitti possint. Quo inducor ut excidisse unum alterumve versum credam hunc in modum „dum prostratus iacet Amycus, Pollux abstinet certamine neque utitur conficiendi adversarii opportunitate, sed erigi eum patitur. Ille ubi erectus est, de integro certamen orditur." Eiusmodi sententiam interposuit Vergilius Aen. V 446 *Entellus — — ad terram pondere vasto Concidit — —. It clamor caelo primusque accurrit Acestes Aequaevumque ab humo miserans attollit amicum. At non tardatus casu neque territus heros Acrior ad pugnam redit.*

Vs. 116. *Εἰπὲ θεά· σὺ γὰρ οἶσθα, ἐγὼ δ᾽ ἑτέρων ὑποφήτης.*

Sic codices; scholiasta Medicei *ἑτέρων· ἤγουν ὑμῶν.* Meinekius coniecit *ἐγὼ δὲ τεῦ ὢν* (in addendis *δέ σευ ὢν) ὑποφήτης.* Quodsi quis varias verborum *ἠράσθην μὲν ἔγωγα τεοῦς κόρα* XI, 25 scripturas corruptelarumque quasi gradus considerat *ἔγωγε τεοῦς, ἔγωγε τεῶς, ἔγωγ᾽ ἑτεω.., ἔγωγ᾽ ἑτερῶς,* intelliget qui perventum sit ad perversam huius loci lectionem nec dubitabit ad Meinekii sententiam sic restituere manum Theocriti *ἐγὼ δὲ τεοῦς ὑποφήτης.* Et *τεοῦς* quidem legitur etiam XVIII 41.

Vs. 119. *Σκαιῇ μὲν σκαιὴν Πολυδεύκεος ἔλλαβε χεῖρα*
δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς, ἑτέρᾳ δ᾽ ἐπιβαίνων
δεξιτερῆς ἤνεγκεν ἀπὸ λαγόνος πλατὺ γυῖον.

In his omnia praeter unum salva esse videntur; nam non *δεξιτερῆς ἀπὸ λαγόνος,* sed *ἐπὶ λαγόνος* verum esse puto eo intellectu quo *πατάξαι ἐπὶ κόρρης* et apud ipsum Theocritum XIV 34 *πὺξ ἐπὶ κόρρας ἤλασα.* Sensus autem horum et proximorum versuum — nam versus 122 *καί κε τυχὼν ἔβλαψεν Ἀμυκλαίων βασιλῆα* quem obelo notavit Ahrensius tam genuinus est quam qui maxime — hic est: Amycus oblique ad impetum inclinatus laeva manu laevam Pollucis apprehendit eo consilio, ut dum ille dextra ligaturam solvere tentet, ipse dextra invadens vastum membrum (i. e. dextram manum vel brachium, coll. versu 80) in nudata dextra Pollucis ilia impingat. Quod consilium si eventum habuisset, Amycus Pollucem male mulcasset. At ille perspecta re subterlapsus dextram Amyci postquam emersit, dextra manu concussit adversarii caput sub laeva tempora incumbitque in eius humerum; laeva autem, remissa nempe ab Amyco, feriit os fregitque dentes.

Vs. 149. *Ὑμεῖς δ᾽ οὐ κατὰ κόσμον ἐπ᾽ ἀλλοτρίοις λεχέεσσιν*
βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἀλλοτρίοις κτεάτεσσιν
ἄνδρα παρετρέψασθε κτλ.

Hanc orationem ferri non posse ita patet, ut iam vetus aliquis librarius quum ineptam vocabuli *ἀλλοτρίοις* repetitionem removere studeret memor haud dubie similium apud Homerum clausularum Il. V 426 *ἅμ᾽ ἄλλοισι κτεάτεσσι,* XXIII 829 *σὺν ἄλλοισι κτεάτεσσι* id ipsum inferret in textum libri sui *βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἄλλοισιν κτεάτεσσι.* Sed non credibile est, simplicem hanc orationem corrumpi potuisse. Alio ducit explicatio scholiastae M *κτήμασιν ἃ ἐληΐσασθε,* ut paene credam illud alterum *ἀλλοτρίοις* genuinae vocis esse glossema. Nam sic scripsisse Theocritum opinor *βουσὶ καὶ ἡμιόνοις καὶ ληϊδίοις κτεάτεσσιν* et intellexisse *κειμήλια καλὰ ληΐδος* quae Dioscuri more priscae illius aetatis latrocinando sibi comparaverant.

Carmen XXIV.

Vs. 15. *Ὦρσεν ἐπὶ πλατὺν οὐδόν, ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων οἴκου.*

Quae hoc loco res declaretur, secundum ea quae monuit Fritzschius non potest esse ulla dubitatio; sed desidero minus rei quam verborum explicationem. Nihil enim agunt qui ab hoc loco ad Sophoclis locum provocant et ab illo rursus ad hunc. Et apud Sophoclem quidem quae verba leguntur Oed. R. 1261 *ἐκ δὲ πυθμένων Ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα,* in his ultimum vocabulum quidquid significat, postes qui proprio sensu dicuntur

significare non potest; apud Theocritum autem *σταθμά* ipsi sunt postes quos quo alio sensu cavos liceat nominare quam quo LXX quum divitum domos *κοιλοστάθμους* dixere, equidem nescio. Ista autem significatio nihil ad rem; nam eiusmodi postium cavitates nihil praebent spatii per quod serpentes sese in domum insinuent. Recte omnia haberent, si scriptum esset *ὅθι κοῖλα θυράων οἴκου*. Nunc quod coniecit Meinekius *ὅθι σταθμὰ καλὰ θυράων Οἴκου* quum in descriptione domus apte diceretur, iam vereor in hac causa ne id pluribus exponatur quod omitti poterat, desideretur quod indicari debebat, quo modo serpentes in domum clausam irrepserint. Itaque *κοῖλα θυράων* sic servandum esse censeo ut aut *σταθμά* aut *οἴκου* vocabulum pro corrupto habeam. Fortasse scripserat poeta *ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων Οἶγεν ubi postes faciebant aperturam forium*, ea dicendi figura quam actionis passivae et nominavit et explanavit Arminius Köchly in praefatione Quinti Smyrn. p. XCII.

Vs. 30. *Τὼ δ' αὖτε σπείρησιν ἑλισσέσθην περὶ παῖδα*
ὀψίγονον γαλαθηνόν, ὑπὸ τροφῷ αἰὲν ἄδακρυν.

Hercules cur *ὀψίγονος* dicatur, non dispicio, si quidem hoc nomen neque infantiae neque infirmitatis impressam habet notionem potestque vel maxime aetate provectus ac robustissimus suo loco *ὀψίγονος* appellari. Sed audio Fritzschium meum quum explicat *sero* i. e. *aegre ac gravi partu editum*. Qua de significatione vocis multum usurpatae dubitare licet; nam teneo hoc, recedentes a communi usu significationes ita demum concessas esse, si per totam sententiae cuiusque rationem novitia significatio audientibus vel invitis sese offerat. Sed vel hoc condonetur. At haec res quod mater aegre enixa est quid facit ad declarandum mirabile infantis robur? Multum vero facit ad eam rem, si non sero sed recens natus Hercules et adhuc lactens proponitur, si non *ὀψίγονος*, si *ἀρτίγονος* appellatur. Nec vereor ne quis decem menses quibus natus erat Hercules mihi obiiciat. Aetates enim non semper per se spectandae, sed aliquando ex factis sunt iudicandae, et est ubi viginti annos natus puer, plus quadraginta adolescens apte dicatur.

Sed magis etiam laborare proxima videntur. Nam quod Hercules infans *ὑπὸ τροφῷ αἰὲν ἄδακρυς* praedicatur fuisse, id de animoso infante sic recte praedicaretur, si nutricum propria esset ferocitas quaedam et crudelitas, quam sine lacrimis tolerasset Herculis infantia; quamquam ne hoc quidem apte hoc loco commemoraretur, ubi non debebat id dici quod admirabilem in intuendis serpentibus fortitudinem quodam modo explicaret et attenuaret, sed id quod amplificaret et exornaret. Accedit praepostera nutricis commemoratio, cuius quae sunt munera iis ipsa mater functa est, ut ex initio carminis apparet. Ab hac parte admodum convenit Hermanni coniectura *ὑπὸ στρόφῳ αἰὲν ἄδακρυν, non lacrimantem sub ligamentis quibus eum constringebant dracones.* Sed in hac quoque lectione est quod displiceat, debile *αἰέν* et ambiguae significationis *στρόφος*. Fortasse igitur totus versus sic scriptus erat a poeta *ἀρτίγονον γαλαθηνόν,*

ὑπὸ τροχῷ αἰνῷ ἄδακρυν, et *τροχῷ* quidem eo nominis sensu quo est apud Orpheum lith. 135 *αὐτὰρ ἐπ' ἄλλῳ Ἄλλος, ἔπειτα δ' ἐπ' ἄλλος ἑλισσομένου (δράκοντος) τροχὸς ἦεν.* *)

Vs. 34. *Ἀλκμήνα δ' ἐςάκουσε βοᾶς καὶ ἐπέγρετο πράτα·*
ἄνσταθ', Ἀμφιτρύων· ἐμὲ γὰρ δέος ἴσχει ὀκνηρόν.

In hac scriptura codices omnes consentiunt praeter unum, qui habet *ἐπέδραμε πράτα*, quod Fritzschius assumsit, Ahrensius mutavit in *ἐπέκραγε πράτα*, neuter de graviore labe cogitans. Et Ahrensii quidem coniecturam non tam propterea improbaverim quod *ἐπέκραγε* iudice Meinekio inurbanum quid prae se ferat, quam quod *πράτα* recte quidem verbo *ἐςάκουσέ* adderetur, non item verbo *ἐπέκραγε* quia non cuiusvis erat increpare Amphitryonem. Quod autem Fritzschius praetulit *ἐπέδραμε*, consentaneum sane est maternae naturae simul sentire periculum et accurrere ac videre quid rei sit; sed vetat ipse poeta, quominus idem fecisse Alcmenam statuamus. Adeo enim ingenti metu consternata erat, ut surgere non posset; *ἐμὲ γάρ* inquit *δέος ἴσχει ὀκνηρόν.* Atque totum hoc quod compellat Amphitryonem, non est eius quae cito pede ad incunabula infantium advolaverit. Quod si fecisset, mirum si prodigio conspecto nihil aliud dixisset quam hoc *ἔστι τί μοι κατὰ δῶμα νεώτερον, ἔστι φίλ' ἀνδρῶν.* Itaque vulgatam lectionem tueri velim et *ἐπέδραμε* credere aut ex interpolatione ortum aut per librarii neglegentiam, qualem supra dixi aliquando nota nec cognata inter se vocabula temere confudisse. Versum autem excidisse quo locutam esse Alcmenam indicaretur, egregie perspexit Meinekius.

Vs. 37. *Οὐκ ἀΐεις, παίδων ὁ νεώτερος ὅσσον ἀΰτεῖ;*
ἦ οὐ νοέεις, ὅτι νυκτὸς ἄωρί που οἱ δέ τε τοῖχοι
πάντες ἀριφραδέες καθαρᾶς ἅπερ ἠγιρενείας.

Sic haec constituit Meinekius partim ex librorum auctoritate partim ex coniectura. Et priores quidem editores Calliergum secuti *ἦ* particulam deleverant; restituerunt Meinekius et Ahrensius, quum habeant libri, sed vereor ut iusto loco. Nam languet in tanto mulieris concitatae affectu ista interrogationum disiunctio; convenit autem quam maxime priori sententiae. Nam quum Alcmena facta illa compellatione *ἄνστα μηδὲ*

---

*) Fortasse etiam XXVII 19 duo vocabula *αἰέν* et *αἰνόν* perverse commutata sunt. Nam quum quae leguntur in antiquis editionibus *σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις* (in Iuntina sic scriptum *ἀείρεῖς*) non satis apte dici, codices autem *ἄειρες* et *ἀεῖρες* exhibentes aliud monstrare videantur, tamen *αἰὲν ἀείραις* quod et Ahrensio et Meinekio placuit multum habet offensionis propter *αἰέν* cum aoristo coniunctum. Non fallit me Homericum *ὣς αἰεὶ Ἀχιλῆα κιχήσατο κῦμα ῥόοιο* Il. XXI, 263; sed quae huius loci parata est explicatio — est enim *αἰεί* nostrum *jedesmal* — eandem frustra adhibeas loco Theocriteo. Sed ne *αἰὲν ἀείροις* quidem, quod Wordsworthius proposuit, propter praesens *ἀείροις* sententiae convenit. Quod nisi gravius latet vulnus, lenius sic corrigas *σὺ δὲ ζυγὸν αἰνὸν ἀείραις.*

πόδεσσιν ἑοῖς ὑπὸ σάνδαλα θείης tergiversantem videre maritum sibi videretur, rectissime sic persequitur: *an tu non audis quantum clamet minor puer, non vides noctem esse intempestam et tamen illuxisse omnes circa parietes?* Scripsit igitur poeta, si recte sentio, *ἦ οὐκ ἀΐεις, παίδων ὁ νεώτερος ὅσσον ἀϋτεῖ; Οὐ νοέεις κτλ.*

Vs. 47. *Δμῶας δὴ τότ' ἄϋσεν ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας·*
οἴσετε πῦρ ὅτι θᾶσσον ἀπ' ἐσχαρεῶνος ἑλόντες,
δμῶες ἐμοί, στιβαροὺς δὲ θυρᾶν ἀνακόψατ' ὀχῆας.
ἄνστατε, δμῶες ταλασίφρονες· αὐτὸς ἀϋτεῖ.
51. *ἦ ῥα γυνὴ Φοίνισσα μύλαις ἔπι κοῖτον ἔχοισα.*
οἱ δ' αἶψα προγένοντο λύχνοις ἅμα δαιομένοισιν
δμῶες κτλ.

In his aliquid turbatum esse tum orationis tenor interruptus tum ipsi libri indicant. In editionibus Iuntina et Calliergi versus 51 omissus est, in codice D autem ita ante versum 50 positus, ut siglis idem qui in ceteris libris ordo restituatur. Sed gravius hoc est, quod verba Phoenissae praeter omnem epici stili consuetudinem abrupte inferuntur; ipsum denique dicendi verbum *ἦ* defecit a solemni usu tum Homeri tum seriorum poetarum (vid. Lehrs Aristarcho p. 104. Köchly ad Quintum Smyrn. I 563. 741. Call. Del. 153. 228) ipsiusque Theocriti XXV 84, cui usui ne illud quidem exemplum contrarium est quod Fritzschius ad tuendam vulgatam ex carmine XXII 75 excitavit. Nam illic ad quem pertineat *ἦ ῥα* etiamsi non nomine, re tamen satis indicatum erat iis quae sunt 44 *ἔνθα δ' ἀνὴρ ὑπέροπλος ἐνήμενος ἐνδιάασκεν* et reliquis. Itaque recte Briggsium lacunam statuisse censeo, ita tamen ut *ἦ ῥα* formulam ad Amphitryonem pertinuisse, versum autem 51 non suo loco insertum esse mihi persuaserim. Quod quo modo mihi informaverim, patebit ex hoc cui venia sint complendae lacunae tentamento *Οἴσετε πῦρ ὅτι θᾶσσον ἀπ' ἐσχαρεῶνος ἑλόντες, Δμῶες ἐμοί, στιβαροὺς δὲ θυρᾶν ἀνακόψατ' ὀχῆας. Ἦ ῥα· μόνα δ' ἐπάκουσεν ἰᾶς καὶ ἐπέδραμε πράτα Ὦκα γυνὰ Φοίνισσα μύλαις ἔπι κοῖτον ἔχοισα, Καὶ μεγάλ' ἐξάϋσεν ἐγειρέμεναι θεράποντας· Ἄνστατε, δμῶες ταλασίφρονες· αὐτὸς ἀϋτεῖ. Οἱ δ' αἶψα προγένοντο λύχνοις ἅμα δαιομένοισιν Δμῶες κτλ.*

Vs. 89. *Κάγκανα δ' ἀσπαλάθω ξύλ' ἑτοιμάσατ' ἢ παλιούρω*
ἢ βάτω ἢ ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἄχερδον.

Notaverunt ex hoc loco *τὸν ἄχερδον* lexicographi nescio quo iure masculinum genus praeferentes neutri, utroque incerto. *Ἡ ἄχερδος* est apud Soph. OC. 1596. Pherecrat. com. fr. 184 Mein. Alcaeum Messen. in Anth. Pal. VII 536, 3. Nonn. dion. XIV 369. Galen. de fac. alim. II 38 t. VI p. 619 (*ὁ τῆς ἀχέρδου τε καὶ ἀχράδος θάμνος*) et 621 (*ὁ τῆς ἀχέρδου καρπός*). Bekk. An. p. 475, 10. Schol. Od. XIV 10, ut paene credam Theocritum scripsisse *ἢ ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἀχέρδω.* — Item in praecedenti versu

quod scriptum est *ἑτοιμάσατε* etsi post appellationem *γύναι* minus durum videri possit propter interposita *πῦρ μέν τοι ὑπὸ σποδῷ εὔτυκον ἔστω*, tamen quum proxime sequatur *καῖε*, hic quoque crediderim a Theocrito scriptum fuisse *ξύλ' ἑτοίμασαι.*

Vs. 94. *Ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέροισα*
ῥωγάδος ἐκ πέτρας ὑπερούριον, ἂψ δὲ νεέσθω
ἄστρεπτος κτλ.

Libri non *νεέσθω* praebent, sed uno consensu *νέεσθαι*, quae lectio nullam in repentina modorum commutatione offensionem habet; nam non solum Homerus hoc in genere praeivit Il. V 606. VII 77, sed ipse Theocritus paullo post idem ausus est *καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ Πρᾶτον, ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον — — ἐπιῤῥαίνειν — ἀβλαβὲς ὕδωρ.* Sed notum est Hermanni ad Vigerum pracceptum 157 (206), infinitivum cum nominativo poni pro imperativo secundae personae quia *velis* intelligatur, cum accusativo pro imperativo tertiae personae, quia *χρή* intelligatur. Quod iuxta ab eodem Hermanno hic *νεέσθω* mutatum est receptumque a Meinekio, Ahrensio, Fritzschio. Quantumvis verum sit hoc praeceptum, tamen factum est ut ii poetae qui Homeri linguam studio non usu nossent, decepti aliquando falsis grammaticorum doctrinis in imitando errarent, quos errores tollere idem esset atque ipsos emendare scriptores. Quid vetat credere, hoc loco Theocritum elegantiam aliquam epici sermonis aucupatum imitando expressisse eum dicendi modum quem invenisse sibi videretur Il. VI 86—92, per anacoluthiam quandam ad legem suam revocatum ab Hermanno. Nec solus Theocritus hanc legem migrasse videtur; eodem modo Quintus Smyrn. XII 29 *ἀριστέες ἐς λόχον ἄνδρες Βησόμεθ' ἀσπασίως; λαοὶ δ' ἀπὸ νόσφι νέεσθαι Ἐς Τένεδον σὺν νηυσίν, ἐνιπρῆσαι δ' ἄρα πάντες Ἃς κλισίας.*

Carmen XXV.

Vs. 62. *νόῳ δ' ὅγε πόλλ' ἐμενοίνα,*
δέρμα τε θηρὸς ἰδὼν χειροπληθῆ τε κορύνην,
ὁππόθεν ὁ ξεῖνος· μέμονεν δέ μιν αἰὲν ἐρέσθαι,
ἂψ δ' ὄκνῳ ποτὶ χεῖλος ἐλάμβανε μῦθον ἰόντα.

Sic haec constituit Meinekius in plerisque secutus editionem Iuntinam, cuius in hoc carmine summa est auctoritas; sed alio ducunt alii libri, ut paene credam duplicem nobis loci traditam esse recensionem, non a Theocrito sed ab iis profectam qui codicem nacti male habitum et evanidis subinde literis scriptum quaecunque non poterant commode legi resarcire studuerunt utcunque potuerunt. Et Iuntina quidem editio consentiens cum Calliergi editione et codice Parisino D haec habet *νόῳ δ' ὅγε πολλὰ*

(*πάντα* D) *μενοίνα Δέρμα τε θηρὸς ὁρῶν* et versu proximo *μέμαεν δέ μιν ἐξερέεσθαι.* Alterius autem recensionis fons est codex Parisinus M, in quo legitur *νόῳ δέ τι πόλλ' ἐμενοίνα Δέρμα δὲ χειρὸς ἑλὼν χειροπληθῆ τε κορύνην ῾Οππόθεν ὁ ξεῖνός τε μέμοινέ* (η) *μιν αἰεὶ ἔρεσθαι.* Ex eodem fonte derivatae sunt lectiones Vaticani 18 *νόῳ δέ τοι πόλλ' ἐμενοίνα — — μέμοκνε μιν ἀεὶ ἔρεσθαι*, Laurentiani *ω νέω δέ τοι πόλλ' ἐμενοίνα — — μέμοινε δέ μιν ἀεὶ ἔρεσθαι*, denique Vaticani 9 *νέω δέ τοι πόλλ' ἐμενοίνα — — μέμονε δέ μιν αἰεὶ ἔρεσθαι;* de Vaticano 11 nihil relatum video apud Ahrensium praeterquam *δέ τοι* primae manus correcta esse ab altera *δέ τι*. In his primum facile apparet, cur pro eo quod in archetypo aliquo invenisse sibi scriba videbatur *δέ τι* propter sensum ab aliis substitutum sit *δέ τοι* contra metrum, ab acutioribus *δ' ὅγε* et sensui et metro convenienter, parum congruenter ut videtur veterum ductibus literarum. Sed recte Meinekium hanc scripturam praetulisse iudico coniecturae Ahrensii *νόῳ δ' ἔτι πόλλ' ἐμενοίνα, sic fatus anteiit et praeterea multa secum reputabat.* Media verba nulla dubitatio esse potest quin vere aut lecta aut correcta sint a Iuntinae auctoribus *δέρμα τε θηρὸς ὁρῶν·* nam longe aptior videtur haec sententia *dum contemplatur pellem ac clavam* ea quam Meinekius recepta coniectura *ἰδών* praetulit *postquam conspexit pellem.* Extrema autem quum admodum turbata sint in codice Parisino M, tamen satis multa restant vestigia eius lectionis quam exhibere voluisse videtur librarius. nimirum hanc *νόῳ δέ τι πόλλ' ἐμενοίνα Δέρμα τε θηρὸς ἰδὼν χειροπληθῆ τε κορύνην. ῾Οππόθεν ὁ ξεῖνος, μενέηνέ μιν αἰὲν ἐρέσθαι.* Iam mea qualiscunque de toto loco sententia haec est: primo versu genuinam poetae manum latere in codice Parisino *νόῳ δ' ἐπὶ πόλλ' ἐμενοίνα* raro neque alias lecto vocabulo *ἐπιμενοινᾶν*, quemadmodum *ἐκμυθέομαι* quoque, quod est supra versu 3, propter exemplorum raritatem fugit aciem instauratorum Thesauri Graeci; est tamen forma usuque simile verbo *ἐπιμαίομαι* quod eodem sensu usurpavit Apollonius Rhod. III 816 *ἐτεόν γε νόῳ ἐπεμαίεθ' ἕκαστα**). — Quod attinet ad ultima, consentio cum Buttmanno qui gramm. graecae I

*) Nomen adiectivum *χειροπληθής* quod est in altero versu revocat in memoriam eiusdem compositionis adiectivum, quod adhuc latuit in vitiosa librorum scriptura. Quod enim vulgo legitur in Naumachii nuptialibus monitis versu 3 (Stob. flor. LXVIII 5) *μήτε βαρυτλήτων λαγόνων περὶ φόρτον ἄγουσαν* coniecturae debetur, codicis et editionis principis scriptura *βαρυτληθῶν* errori; vera lectio haud dubie est *βαρυπληθῶν*. Nam *ὀδύναι* quidem recte dicuntur *βαρύτλητοι*, recte etiam *βαρύτλητος φόρτος*, non item *λαγόνες βαρύτλητοι*. Eiusdem carminis versu 24 (Stob. flor. LXXIV 7), ut hoc in transcursu moneam, legendum videtur *καὶ μηδὲν ὑπίλλεο μηδὲ κελεύειν Σῇ ῥέζειν ἰότητι*, *neve tu timide occlude linguam neve ad tuam voluntatem coge facere* pro eo quod est in codice *μηδὲν ὑπίσχεο* et quod contra codicis auctoritatem legitur in editionibus *κέλευε*. — Sed in hoc ipso Theocriti carmine vereor ne aliud lateat vocabulum adhuc non cognitum. Verum enim mihi videtur quod versu 203 praestat cod. Parisinus D *οἵ ἔθεν ἀγχόμοροι*, i. e. *proxime vicini*, = *ἀγχοῦροι*, unde quam prona fuerit aberratio ad vitiosas lectiones *ἀγχίμοροι*, *ἀγχίμολοι*, *ἄγχιστα* manifestum est.

p. 416 et II p. 240 imperfectum requisivit, non consentio quod *μεμόνει* restituendum iudicavit persuasitque Ahrensio. Sed ne cum Meinekio quidem facere ausim, qui post Lehrsii doctam observationem in epp. quaestt. p. 274 perfectum *μέμονεν* hic aoristi vim habere statuit, quae ratio si nota fuisset Buttmanno, non cogitasset in altera illa lectione *μέμαεν* de aoristi forma ad similitudinem Homerici *δέδαεν* ficta*). Sed est tamen quod Lehrsio hanc doctrinam huic loco adhibenti obstare videatur. Primum enim ubi imperfecto opus est, nihil lucramur illam aoristi formam statuentes; deinde ille usus quaeritur quid iuris habeat in poeta haud dubie longe antiquioris aetatis quam Nonni illi et Quinti. Nihilo secius salva est per grammaticae leges forma illa sive *μέμαεν* mavis sive quae in ipsa quoque codicis Parisini M lectione latuisse videtur *μέμονεν*, sed alia tamen ratione, ea quam tetigit idem Lehrsius p. 274 extrema in verbo *δείδιεν* et melioribus exemplis illustravit Kruegerus gramm. graecae II p. 240. Certorum enim verborum perfecta ita iam apud Homerum adoptaverunt praesentis notionem ut eorundem tertia singularis numeri persona pro imperfectis usurpare liceret; quem usum ad alia verba transtulerunt poetae Alexandrini, promiscue indulsit sibi Nonnus, qui denique eo progressus est licentiae ut non solum eandem formam ad aoristi notionem applicaret, sed etiam tertia pluralis numeri forma, quae nihil commune habet cum temporis historici forma, ad eandem rem abuteretur. Etenim iusto plus contendisse videtur Lehrsius, quod illas perfecti formas omnes ad unum aoristum rettulit. An cui in tali loco Dionysiacon VII 262 *ἀσκεπέος σκοπίαζεν ἐλεύθερον αὐχένα κούρης, Στέρνα δὲ μᾶλλον ὄπωπε* dubium esse potest proxima utique consideranti, quin extremum verbum notionem prae se ferat imperfecti? Itaque nostri carminis auctorem sic scripsisse probabile est: *νόῳ δ' ἐπὶ πόλλ' ἐμενοίνα Δέρμα τε θηρὸς ὁρῶν χειροπληθῆ τε κορύνην, ῾Οππόθεν ὁ ξεῖνος· μέμονεν δέ μιν αἰὲν ἐρέσθαι, Ἄψ δ' ὄκνῳ κτλ.*

Vs. 163. *῾Ωςείπερ σφετέρῃσιν ἐνὶ φρεσὶ βάλλομαι ἄρτι.*

Hic quoque literarum defectus aut attenuatio ansam videtur dedisse instaurandae utut fieri potuit sententiae. Libri *ὡςείπερ* vel *ὡς εἴπερ*, unde nihil sani extrices. Quod maxime dici desideres *ex quo primum te vidi, resuscitata mihi est memoria illius quam olim de te audivi famae*, id fortasse non nimis violenta mutatione reddi possit poetae hoc modo *ὥς σ' εἶδον, σφετέρῃσιν ἐνὶ φρεσὶ βάλλομαι ἄρτι.* Neque haerendum esse in hac locutione *ὡς εἶδον ἄρτι, ἐμβάλλομαι*, haec probent exempla Theognidis 997 *ἦμος δ' ἠέλιος μὲν ἐν αἰθέρι μώνυχας ἵππους Ἄρτι παραγγέλλει μέσσατον ἦμαρ ἔχων, Δείπνου δὴ λήγοιμεν*, et Arati 606 *ἡ δὲ θέει — —, Παρθένος ἦμος ἅπασα περαιόθεν ἄρτι γένηται.*

*) Si tale quid ausus est Theocritus, crediderim XI 60 scribendum esse *νῦν μάν, ὦ κόριον, νῦν αὐτό κε τεῖν μεμάθοιμι*, quo ducunt lectiones *με μαθεῦμαι* et *μεμαθεῦμαι*. Tum *μέμαθον* factum statuemus exemplo aoristorum *μεμάποιεν*, *πεπαλών*, aliorum.

Carmen XXVI.

Vs. 27. *Οὐκ ἀλέγω μηδ᾽ ἄλλος ἀπεχθόμεναι Διονύσῳ*
φροντίζοι μηδ᾽ εἰ χαλεπώτερα τῶνδ᾽ ἐμόγησε,
εἴη δ᾽ ἐνναέτης ἢ καὶ δεκάτῳ ἐπιβαίνοι.

Sic haec exhibent codices Mediolanensis c et Parisinus D; veteres editiones *οὐκ ἀλέγω μηδ᾽ ἄλλον* (*ἄλλος* Call.) *ἀπεχθέμεναι Διονύσῳ Φροντίζοι — — τῶνδ᾽ ἐμόγησεν.* Nihil igitur subsidii a libris quum praestetur, sensus aliquod auxilium petendum erit a coniectura. Fortasse sic scripserat poeta *οὐκ ἀλέγω μηδ᾽ ἄλλον ἀπεχθόμενον Διονύσῳ Φροντίζοιμ᾽, εἰ καὶ χαλεπώτερα τῶνδε μογήσαι, Εἴη δ᾽ ἐνναέτης ἢ καὶ δεκάτῳ ἐπιβαίνοι* constructione eadem quae est apud Aristophanem Eqq. 790 *οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως*, sententia autem hac „nihil haec quantumvis dira ita curo ut misericordia quadam commotus improbem divinam Bacchi vindictam; neu curem, qui invidiam huius dei contraxit, si is vel duriora illis patiatur, et non sit minor natu quam novem aut decem annorum.“ Nam ea aetate constitutus si quis iam despexerit dei maiestatem, is dignus est qui poenam det acerbissimam.

Carmen XXVII.

Vs. 1. *Κόρ.* *Τὰν πινυτὰν Ἑλέναν Πάρις ἥρπασε βουκόλος ἄλλος.*
Δά. *μᾶλλον ἑκοῖσ᾽ Ἑλένα τὸν βουκόλον ἔσχε φιλεῦσα.*

Ita Meinekius haec constituit ex coniecturis altera Ahrensii, qui duorum codicum lectionem *ἑδοῖς* et *ἐδοῖς Ἑλένα* mutavit in *ἑκοῖσ᾽ Ἑλένα*, altera Hermanni cui debetur *ἔσχε* pro vulgato *ἐστί*. Videtur Daphnis Helenae prudentiam laudasse; cui refert puella: in tanta prudentia raptam tamen illam esse. Ad quod quid poterat aptius respondere Daphnis quam hoc „imo rapuit Helena pastorem tenuitque in amoris vinculis.“ Itaque quod est in libris, sic legendum esse coniicio *μᾶλλον ἑλοῖσ᾽ Ἑλένα τὸν βουκόλον ἔσχε φιλεῦσα*. Notum est, literae *Δ* mutationem in *Λ* levissimam esse, qua adhibita huius carminis versui 11 *ἁ σταφυλὶς σταφίς ἐστι καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται* optime consuluit Meinekius quum perspexit *ὀλεῖται* nihil esse nisi malam evanidae vocis *ΟΔ*... correctionem. Scripsit igitur *οὐ σταφυλὶς σταφίς ἐστι καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὄδωδεν;**) Sunt

*) Quod data hac occasione monuit Meinekius, saepissime *ου* abiisse in *α*, id valere suspicor ad restituendam poetae manum in iis quae leguntur versu 28 *μᾶλλον ἀεὶ κρατέουσι· τίνα τρομέουσι γυναῖκες;* Ter repetitum verbum *τρομέω* in oratione puellae (27. 29. 31) optime habet; quarto positum in sermone Daphnidis parum convenire videtur poetico modo ac colori. Sed *τίνα* illud si *τινου* olim fuisse statuas, et interpolationis caussa aperta est et facile restituas quod est aptissimum *μᾶλλον ἀεὶ κρατέουσι· τίν᾽ οὐ κρατέουσι γυναῖκες; Potius dominantur mulieres in maritos quam parent; nam quorum non sunt omnino dominae?*

tamen vel sic duae res quae scrupulum aliquem moveant. Nam nisi me fallit non *σταφυλὶς σταφίς ἐστι* dicendum fuit, sed aut *σταφυλὶς σταφὶς ἔσται* aut certe *σταφὶς σταφυλίς ἐστι*. Deinde ipsum *σταφυλίς* vocabulum num vivam uvam significaverit dubitari potest; *passam* explicant Glossae nec aliud intellexisse videtur Pollux I 243 *ἀμπέλου σταφυλὴ καὶ βότρυες, καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν αἱ σταφυλίδες καὶ αἱ σταφίδες.* Quid igitur, si sic scripsisse censeas poetam *οὐ σταφυλᾶς σταφίς ἐστι καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὄδωδεν;* Vitium ortum ex scriptura *σταφυλῆς* pro *σταφυλᾶς*, quae est admodum crebra dialectorum in libris confusio.

Quantum autem turbarum male continuata verborum principia effecerint, luculentum praebet exemplum versus carminis XVIII secundus, cuius optimam lectionem in editionibus veteribus nonnullisque codicibus servatam *παρθενικαὶ θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι* haec sola res pervertit, quod vocabulum *κόμαις* cuius prima tantum in aliquo codice legerentur elementa male *κόσμον* expleretur, nulla sensus aut numeri habita ratione. Scriptum id est prima manu in codice Parisino M, unde transiit in Mediolanensem a; correctum ab altera manu *θάλλοντα κόσμον ὑακίνθινον*, quod sensui satisfacit, numerorum damnum auget, recipi placuit nonnullorum Romanorum codicum scribis. Vitia tollendo magis recessit a veritate auctor eius scripturae quae est in codice Parisino D et editionibus Mediolanensi et Aldina: *θάλλονθ᾽ ὑακίνθῳ κόσμον ἔχοισαι.* Ut iam appareat quam parum firmo fundamento nitatur probata a Meinekio coniectura Hermanni *θάλλονθ᾽ ὑακίνθινον ἄμπυκ᾽ ἔχοισαι.*

Vs. 15. *Τὰν σαυτῶ φρένα τέρψον· ὀϊζύον οὐδὲν ἀρέσκει.*

Monstrum lectionis in altera versus parte habet codex Mediolanensis c *οἰζυροεεν*, quod qui praeeunte codice D et utraque vetere editione, in quibus est *ὄϊζυον*, correxerunt *ὀϊζύον*, vereor ne correctoris magis quam poetae manum restituerint. Nam ipsa illa scribarum correctio adiectivum aliquod, non participium innuere videtur. Et ille quidem Clementis Alexandrini locus, quem a Valckenario notatum non invenerat Godofr. Hermannus, qui citat in editione Bionis p. 92, is nihil affert auxilii. Etenim qui versus leguntur in strom. V 14, 131 *οὐδέ ποτ᾽ ἦμαρ Παύσονται καμάτου καὶ ὀϊζύος οὐδέ τι νύκτωρ Γιγνόμενοι· χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας*, in his recte scribitur *ὀϊζύος* non *ὄϊζυος*, et *ποιητής τις οὐκ ἄσημος*, ut ait Clemens, Hesiodus est, ex cuius operibus 175 sqq. corrige *φθειρόμενοι* quod *γιγνόμενοι* perverse legitur apud Clementem. Sed fortasse in mira libri Mediolanensis scriptura verum latet. Coaluisse enim illa videtur ex duplici lectione hac *ὀιζοεν* (supra scr. *υρο*), prima autem manus fuisse *ὀϊζόεν*, altera *ὀϊζυρόν*. Et *ὀϊζόεις* quidem etsi alibi non inventum quidni numeretur inter rara illa in *οεις* adiectiva quorum priva extant ac tenuia testimonia veluti *βαρόεις, γλυκόεις, πλατόεις*, non natum illud ex noto nomine *ὀϊζύς*, sed ex demortuo *οἶζος* eiusque fonte *οἴζω*, unde *οἶκτος, δυσοίζω, δύσοικτος.*

Vs. 23. *Πολλοί με μνώοντο, νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἔαδε.*
Sic veteres editiones secuti editores ante Hermannum et Ahrensium; quorum ille Ziegleri coniecturam *οὔτις ἔπειθε* recepit, alter totum versum sic exhibuit *πολλοί μ' εὖ μνώοντο, νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἐκήλει.* Et in priore quidem hemistichio non putem Ahrensium recte interpretatum esse codicis Parisini scripturam *πολλοὶ μεμνώοντο*, quae in Mediolanensi abiit in hanc *πολλοὶ μεῦ μνώοντο.* Nam istud *μεῦ* opinor tribuendum est scribae cui verbi *μνᾶσθαι* notio reminiscendi in memoria haereret. Sed gravius erratum est in extremo versus vocabulo *ἔαδε*, quod ex coniectura non satis felici manasse coarguit codicum scriptura *οὔτις ἀείδει.* Huius ad similitudinem propius accedens quam illi VV. DD. coniecit Meinekius *οὔτις ἄεξεν*, Fritzschius autem nulla litera mutata *οὔτις ἀεὶ δεῖ*, in qua lenissima emendatione minus haererem, si scriptum esset *πολλοὶ μνώονταί με, νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἀεὶ δεῖ*, nunc eo minus acquiescam quod sic puella quodammodo significaret, aliquamdiu certe se procorum sollicitationibus obnoxiam fuisse. Meinekii autem coniecturam propterea non probem, quod oblectandi notio quam inesse aliquando verbo *ἀέξω* putat, non satisfacit ad declarandam puellae sententiam, cui non oblectationi esse procus, sed placere debebat. Itaque aliud latere in corrupto *ἀείδει* existimem, fortasse hoc *νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἄασεν*, *mentem meam nullus decepit*; quemadmodum Lesbi originum poeta apud Parthenium 21 locutus est *θαλερὴ δέ μιν ἄασε Κύπρις*, vel *mentem meam nullus satiavit, delenivit*, ut explicant et grammaticus in Bekk. An. p. 321, 6 *ἀάσαι σημαίνει καὶ τὸ κορέσαι καὶ καθυπνῶσαι* et Suidas *ἀάσαι τέσσερα σημαίνει· κορέσαι, καθυπνῶσαι, βλάψαι, λυπῆσαι* et Orion Etym. p. 6, 4 *ἆσαι τὸ πληρῶσαι καὶ κορέσαι.* De metro ne suboriatur dubitatio, non solum *ἄασ' ἐνὶ μαγάρῳ* dixit Homerus, sed etiam *ἄασάν μ' ἕταροι*, nec solum *ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην*, sed etiam *ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ.*

Vs. 32. *Ἢν δὲ τέκῃς φίλα τέκνα, νέον φάος ὄψεαι υἷας.*
Minus fortasse quam Ahrensii *ἥβας* et Meinekii *οἴκων* recedit a librorum scriptura et magis praecedenti dicto puellae *μὴ καὶ χρόα καλὸν ὀλέσσω* respondet hoc *νέον φάος ὄψεαι εἷο*, *formosam tui imaginem reviviscere videbis.* De pronominis usu conferas XXIV 36 *ἄνστα μηδὲ πόδεσσιν ἑοῖς ὑπὸ σάνδαλα θείῃς* et huius carminis versum 43 *ἀλλ' οὔ ἕθεν εἰμὶ χερείων* et 45 *δεῖξον ἐμοὶ ἕθεν ἄλσος* in quibus locis omnibus peculiaris pronominis forma e libris restituta est ab Ahrensio.

Jahresbericht

über

die Königliche Landesschule zu Meissen.

Julius 1864 bis Julius 1865.

I. Chronik.

Das verflossene Schuljahr ist ohne wesentliche Störung vorübergegangen. Denn wenn auch drei Lehrer (die Professoren Kreussler und Schmidt und der Unterzeichnete) durch Krankheit genöthigt wurden ihren Unterricht eine Zeit lang auszusetzen, so ist doch durch die Bereitwilligkeit, mit welcher die andern Lehrer für die Erkrankten eintraten, dafür gesorgt worden, dass der Unterricht seinen geregelten Gang einhielt und jeder Nachtheil von der Schule abgewendet wurde. Was den Gesundheitszustand unserer Schüler betrifft, so haben wir nur das Eine zu beklagen, dass mehrere derselben an einer andauernden Augenkrankheit, meist an einer Aderhautentzündung, gelitten haben und durch die anzuwendende Cur vielfach in ihren Studien unterbrochen und in ihren Fortschritten aufgehalten worden sind, einige sogar sich genöthigt gesehen haben, entweder die wissenschaftliche Laufbahn ganz aufzugeben und einen andern Lebensberuf zu wählen oder auf eine andere Schule zu gehen, wo sie durch keine bestimmte und fest geregelte Hausordnung gebunden auf die Pflege ihrer Augen mehr Rücksicht nehmen können, als Dies in einer geschlossenen Anstalt möglich ist. Von diesen Augenleiden abgesehen war der Gesundheitszustand der Schüler ein sehr befriedigender und können wir dem allgütigen Gott nicht genug dafür danken, dass er uns vor jedem Verlust in Gnaden bewahrt hat.

Des Erfreulichen ist Mancherlei aus dem verflossenen Schuljahre zu berichten. Noch vor Beginn desselben, aber nachdem bereits der vorjährige Schulbericht gedruckt war, wurde dem Schulwundarzt Med. pr. Sigismund Heinrich Möstel, welcher mit dem 1. Juli v. J. in den wohlverdienten Ruhestand trat (Jahresber. 1864. S. 7), durch die Huld unsres Königs das Ehrenkreuz des Civilverdienstordens gegeben und

ihm dasselbe am 13. Juni durch den Herrn Amtshauptmann von Egidy feierlich überreicht. — Am 13. December war im Auftrag des Königlichen Ministerii des Cultus und des öffentlichen Unterrichts der Herr Geheime Medicinalrath Dr. Walther hier, um die die Gesundheitspflege der Schüler betreffenden Anstalten und Einrichtungen der Landesschule in Augenschein zu nehmen und Vorschläge zu machen, wie manchen, zum Theil längst bemerkten Uebelständen Abhilfe zu schaffen sei, und können wir uns nunmehr der erfreulichen Hoffnung hingeben, dass auch in Hinsicht auf das leibliche Wohl unsrer Schüler, für welches in neuerer Zeit sehr viel gethan worden ist, aber trotz dem noch Vieles zu thun ist, mehrfache, besonders bauliche Veränderungen und Verbesserungen eintreten werden. — Durch Verordnung vom 21. December wurde dem bisherigen ersten Oberlehrer Dr. Busch in Anerkennung seiner treuen und erfolgreichen Wirksamkeit an der Schule das Prädicat als Professor verliehen. — Am 26. December wurde dem Professor Dr. Graf eine erfreuliche Ueberraschung bereitet, indem er von der theologischen Facultät der Universität zu Giessen honoris causa das Diplom eines doctor. theologiae zugesendet erhielt. Das Königliche Ministerium hat durch Decret vom 5. Januar die Anerkennung dieser Auszeichnung in hiesigen Landen ausgesprochen. — Am 8. März übersandte ein ehemaliger Zögling der Landesschule, welcher derselben fortwährend Beweise treuer Anhänglichkeit giebt, der Professor K. H. W. Münnich in Dresden, 120 Exemplare der von ihm herausgegebenen Schrift: „Kurzer Inbegriff der philosophischen Vorkenntnisse für Leben, Wissenschaft und Kunst", und 200 Exemplare des von demselben herausgegebenen „Sternenhimmel" zur Vertheilung an unsre Schüler. — Am 28. Mai wurde, um der allgemeinen von uns und unsern Schülern lebhaft empfundenen Freude über das unser Königshaus und das gesammte Land so hoch beglückende Ereigniss der Geburt eines Prinzen einen äussern Ausdruck zu geben, nach eingeholter Genehmigung des Königlichen Ministerii den Schülern Mittags eine Festlichkeit bereitet, an welche sich Abends eine Illumination der Schulgebäude und ein Concert im Schülergarten anschloss.

Bei der Feier des Geburtstages unsres geliebten Königs und Herrn am 12. December hielt der Professor Dr. Peters die Festrede, in welcher er zuvörderst auf die glücklichen Zustände hinwiess, deren Vermittler und Träger Se. Majestät der König ist, sodann die Dichtergrösse Shakespeare's, vorzüglich dessen grossartige Auffassung und künstlerische Handhabung der sittlichen Weltordnung besprach, um daran die Entwicklung des Grundgedankens von Shakespeare's Sommernachtstraum zu knüpfen. Nach dem Professor Peters sprach der Primaner A. M. Müller aus Schandau lateinisch über den Satz: *Magnum est in republica personam tueri principis;* sodann führte der Primaner A. B. Richter aus Elstra in deutscher Rede den Gedanken aus: „Nicht eines grossen Reiches bedarf es, um ein grosser Fürst zu sein;" zuletzt trugen zwei

Primaner selbstverfasste Gedichte vor, Chr. G. Leopold aus Meerane: „Friedrich der Ernsthafte", und O. Th. W. N. Genthe aus Dresden: „Die Königsbüste". Für den Nachmittag hatten die Schüler ein Concert vorbereitet, welches unter zahlreicher Theilnahme aus der Stadt in dem Festsaale der Landesschule Statt fand.

Am 22. November als am Vorabende des allgemeinen Todtenfestes wurde (Jahresber. 1860. S. II.) das feierliche Ecce für folgende Zöglinge der Königlichen Landesschule begangen:

1. August Gottfried Wilhelm Plesch aus Meissen, kgl. preuss. Stiftsanwalt und Notar, Justizrath in Zeitz, Afraner 21. Februar 1799 — 3. December 1804. † 5. November 1864 in Zeitz. — 2. M. Karl Benjamin Dietrich aus Chemnitz, Pfarrer zu Scheibenberg, Afraner 18. Juni 1805 — 30. März 1811. † 25. Mai 1864. — 3. Friedrich Wilhelm Mogk aus Oschatz, Stadtrath daselbst und Rittergutsbesitzer auf Bobersen, Afraner 23. April 1807 — 7. März 1812. † 2. März 1864 in Oschatz. — 4. Ludwig Ferdinand Sterzel aus Oelsnitz, Advocat und Gerichtsdirector, Afraner 15. Juni 1810 — 16. März 1816. † 17. October 1864 in Hainichen. — 5. Gustav Ludwig Brenig aus Meissen, Finanzprocurator uud Hilfssecretär im Finanzministerium in Dresden, Afraner 3. Mai 1813 — 13. März 1819. † 23. Juni 1864. — 6. Karl Christian Uhlmann aus Frankenberg, Pfarrer an der St. Petrikirche in Freiberg, Gründer der nach seinem Namen benannten Afranischen Prämie durch Schenkung von 1000 Thlr., Afraner 3. April 1815 — 26. März 1820. † 12. April 1864. — 7. Caspar Karl Philipp Utz von Schönberg aus Maxen, kgl. sächs. Kammerherr und Rittergutsbesitzer auf Purschenstein und Reichstädt, Afraner 8. December 1821 — 18. März 1824. † 12. October 1864. — 8. Friedrich Wilhelm Ziesler aus Meissen, Advocat in Sebnitz und Abgeordneter der Städte in der zweiten Kammer der sächs. Ständeversammlung, Afraner 11. April 1825 — 21. December 1828. † 7. Juni 1864. — 9. Rudolph Moritz Fischer aus Wilmsdorf bei Dresden, pastor primarius in Löbau, Afraner 13. Mai 1825 — September 1829. † 24. Februar 1864. — 10. Julius Wilhelm Kreyssig aus Annaberg, Oeconomieinspector in Naundorf, Afraner 24. April 1827 — 28. August 1830. † 18. December 1863. — 11. Heinrich Eduard Ficinus, Advocat in Dresden, Afraner 15. April 1828 — 27. Februar 1834. † 11. Januar 1864. — 12. Christian Adolph Ferdinand Lüdicke aus Zeithain, Apotheker in Elstra, Afraner 28. Mai 1832 — 10. April 1835. † 29. Januar 1864. — 13. Gustav Adolph Wollenhaupt aus Meissen, Schauspieler, Afraner 15. April 1844 — 4. März 1848. † im Juni 1864 in Meissen. — 14. Johann Friedrich Samuel Gürtler aus Grossenhain, Advocat, Afraner 15. April 1844 — 13. September 1849. † 29. November 1863 in Grossenhain. — 15. Julius Theodor Hähnel aus Radeburg, Rechtscandidat, Afraner 12. October 1854 — 22. September 1859. † 6.

Februar 1864 in Meran. — 16. Hermann Ludwig Weber aus Waldenburg, studios. med. in Leipzig, Afraner 12. October 1855 — 19. September 1861. † 24. Juni 1864 in Rochlitz. — 17. Ernst Wilhelm Schönbach aus Löbau, Afraner vom 5. April 1861 und bis nach Secunda aufgerückt, starb nach längern Leiden im elterlichen Haus am 1. April 1864.

Durch Verordnung vom 11. März wurde genehmigt, dass Professor Milberg den deutschen Unterricht in der Tertia bis zu einer definitiven Regelung dieser Angelegenheit gegen eine jährliche Remuneration von 100 Thlr. übernehme.

Am 31. October v. J. und am 25. Mai d. J. begingen die Lehrer mit den Schülern die Feier des heiligen Abendmahles; an dem letztern Tage wurde zugleich an zehn Alumnen und zwei Extraneern, welche von Weihnachten an von dem Professor Schmidt einen besonderen Vorbereitungsunterricht erhalten hatten, durch den Pastor Teufer die heilige Handlung der Confirmation vollzogen.

Die Afraner-Stiftung

erhielt im verflossenen Schuljahre folgende milde Beiträge, für welche wir den Gebern im Namen der Wittwen und Waisen afranischer Lehrer unsern aufrichtigsten Dank sagen, nemlich: von Herrn Buchdruckereibesitzer Klinkicht 2 Thlr. 25 Ngr., von den Abiturienten Küttner 3 Thlr., von Mayer 10 Thlr., Graf 1 Thlr., Schmalz 5 Thlr., Eales 4 Thlr., von den abgegangenen Schülern Töpolt 3 Thlr., Barth 1 Thlr., von Reiswitz 3 Thlr., von Wallwitz 2 Thlr., von Hagen 3 Thlr., Henrici 1 Thlr., Kretzschmar 1 Thlr., Barthel 1 Thlr., von Herrn Professor Kreussler 3 Thlr., von Herrn Buchhändler Mosche 1 Thlr., von Herrn Stadtrath Dr. Struve in Dresden 25 Thlr., Erlös aus dem Verkauf von Schulverzeichnissen zu Ostern v. J. 6 Thlr. 6 Ngr., zu Michaelis 9 Thlr. 6 Ngr. 5 Pf., in Summa 85 Thlr. 7 Ngr. 5 Pf.

A.

Kassenbestand am 1. Juni 1864.

2775	Thlr.	—	Ngr.	—	Pf.	in ein und zwanzig Kgl. Sächs. Staatspapieren.
104	-	20	-	—	-	in der Meissner Sparkasse.
—	-	4	-	1	-	baar in Kasse.
2879	Thlr.	24	Ngr.	1	Pf.	

B.

Einnahmen.

—	Thlr.	4	Ngr.	1	Pf.	baar in Kasse.
85	-	7	-	5	-	Beiträge der obengenannten Freunde der Afranerstiftung.
85	Thlr.	11	Ngr.	6	Pf.	Latus.

85	Thlr.	11	Ngr.	6	Pf.	Transport.
107	-	10	-	—	-	Zinsen des Stammcapitals im Jahre 1864—1865.
1	-	19	-	4	-	Zinsen aus der Sparkasse im Jahre 1864.
2	-	—	-	—	-	Procent-Einzahlung der Professoren Oertel und Kreussler wegen Gehaltszulage von je 100 Thlr.
16	-	—	-	—	-	Jahresbeiträge von acht Lehrern am 1. Mai 1865.
212	Thlr.	11	Ngr.	—	Pf.	

C.

Ausgaben.

105	Thlr.	—	Ngr.	—	Pf.	Pension an fünf Wittwen und zwei Waisenfamilien.
—	-	7	-	—	-	Postscheine, Geld- und Briefporti.
102	-	26	-	—	-	ein Staatspapier über 100 Thlr.
4	-	—	-	—	-	in die Meissner Sparkasse eingezahlt.
—	-	8	-	—	-	baar in Kasse.
212	Thlr.	11	Ngr.	—	Pf.	

Demnach besitzt die Afraner-Stiftung am 1. Juni 1865:

